



1753.

- *
1. Bornius : Ordinarius senior. ac ceteri collegii
juridici assessores memoriam Bornianam
- - - solenni oratione recolendam inducat.
2. Bachius, Do. Augustus : De lege Julia miscella
ejusque usq; hotierno
3. Bauer, Iohannes Gottlieb, fec. iur. praemacellarius :
De landsassisiis et fori auctoritatibus. Programma,
quo summos in aliisque iure honoris . . . Iam.
us Georgio Lebrecht Wilcke largiendos in dicit.
4. Bauerus, Ioh. Gottlieb : De aestimantibus et
restituendis fructibus et sc. Nov. 2.
5. Bauerus - Do. Gottlieb : De primogenitora
line consensu Papaveris ordinata.
6. Bachius, Carolus Henricus : De philosophia rationali
optimo legum positivorum humanorum interprete

1753.

7. Breuning, Christianus Henricus : De abridacione
art. 1. b Cod. de pali. probest.
- 8 Breuning, Christianus Henricus : De origine successio-
nis in causa intestati
9. Breuning, Christianus Henricus : De presentatione
erictioris jure naturali incognita.
10. Breuning, Christianus Henricus : De p. iusto
ex hereditate communerando in constituenta legitima
quantitate.
11. Fleischer, Christianus Fridericus : De debito speciei
moto ante traditionem concurred crestorum
praeceps praestans.
12. Hommel, Ferdinand August : Pugnamus quo
ad frequenter das theoriam juris controversi dis-
putationes publicas ... initiat.

1753.

13. Hommelius, Ferdinandus Augustus: De jure
vini adusti.
14. Kneiphof, Fridericus Clementius, fac. iur. procur-
cellarius: Programma, quo promotionem in utriusque
juris doctorem . . . Christiani Friderici Flodori
. . . inscribendum intendit.
15. Mylius, Gustavus Numerus: De jure Romanorum
incerto. Programma, quo exercitium Disputationum
publicum . . . inscribendum intendit.
16. Pauli, Martinus Gallus: De utilitateibus, quae
attulit philosophia ad iura et iurispruden-
tiam Romanam
17. Petermannus, Augustus Gallus: De testamentatio
nibus abutrum.
18. Richterus, Iacobus Tullius: De donatione bono-
rum receptiōnē ab uxore Saxonica abique
mariti consueva speciali facta valēla.

1753.

19. Richterus, Dr. am. Tabias: De domino servienti
et praediis servientis refectionem obligato.

20. Richterus, Dr. Tabias: Selectione iuris principia. Dfp.

21. Richterus, Dr. Tabias: Selectione iuris principia

Dfp. 24.

22. Rinius, Augustus Flores, fec. iur. procuratorialis
Programma, quo summos in iure honoros ... Am-
tians Friderico Witschii ... conferendos
indicit.

23. Rinius, Jakam Flores, fec. iur. procuratorialis. Pu-
gramma, quo summos in iure utroque honoros
... Aperto Tranquillo Pultzbergero ... exp-
rendos indicit.

24. Meyer, Norianus, fec. iur. procuratorialis: De causa
et fundamento immunitatis canonicorum, qui sunt
proprietates a residentiae onere. Programma, quo solen-
nisi Declarationia Jakam Tobiae Riemanni ... in DFL.

1753.

25. Stygley, Christianus Luttre : De potestate alii in
litteris predictis sumendi vasallis concedenda.
6. Wille, Iacobus Georgius Lubreat : De legitima Alberti I
in Ann. regem electione
7. Windler, Jo. Humm : Unde vim elasticam
ad preservator aqua rarescens? Proprietas quo
ad panegyrici baccalaureorum invitati.
28. Fijenckagen, Jo. Tacatus : De obligatione foederum.
29. Zoller, Fridericus Gottlieb : De diverso prescrip-
tione iuris ciuilis effectu.

G. 5.5. num. 1
721.
44
DISSERTATIO PHILOSOPHICA

D E

1753, 6.

PHILOSOPHIA RATIONALI
OPTIMA LEGVM POSITIVARVM
HUMANARVM INTERPRETE

Q V A M

AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS

I N D V L T V

D. XIV. APRIL. A. S. R. MDCCCLIII.

IN AVDITORIO PHILOSOPHICO

HORIS CONSVENTIS

PLACIDO ERVDITORVM EXAMINI

S V B I I C I V N T

M. CAROLVS HEINRICVS BOEHN

E T

L V C A S F E N D E R L I N

V R A T . S I L .

L I P S I A E

EX OFFICINA LANGENHEMIANA



DISSERTATOION PHILIOSOPHICA

DE

PHILIOSOPHICA RATIONALI
OPTIMA FECA MUSTIURAVM
HUMANARUMINTERPERETR

GAVA

AMPISSIMI PHILIOSOPHICA MUSTIURAVM ORDINI

IEDATAT

DXIA APRIL AUSAR MDCCXII

IN ADITORIO PHILIOSOPHICO

HORIS CONSAVATI

PLACHOD ERADITORYA EXAMIN

SABECIAN

MACAROLAS HEINRICAS BOEHIN


TET

FACAS HEINRICAS

SABECIAN

DATETAD

EX OFFICINA LUDVICO FRANCISCO



V I R I S
MAGNIFICIS EXCELLENTISSIMIS
EXPERIENTISSIMIS CONSULTISSIMO
AMPLISSLIMIS CLARISSIMIS

P R A E P O S I T O
COLLEGII B. VIRGINIS M.
MAXIME SPECTABILI
SENIORI VENERANDO

N E C N O N

R E L I Q V I S C O L L E G I I
EIVSDEM COLLEGIATIS
GRAVISSIMIS
D O M I N I S P A T R O N I S
A C
F A V T O R I B V S S V I S
MAXIME COLENDIS

H A N C D I S S E R T A T I O N E M

D. D. D.

M. CAROLVS HEINRICVS BOEHN
VRAT. SIL.

VIRIS
MAGNIFICIS EXCELSITISSIMIS
EXPERIMENTISSIMIS CONSULITISSIMIS
AMPITISSIMIS CLARISSIMIS

PRAEPOSITO
COFFEEI B. VIRGINIS M.
MAXIME SPECOTABILI

SENIORI VENRANDO
nec non

RELIGIAS COLLEGII
EIASDEM COLLEGIAVIS
GRAVASSIMIS

DOMINIS PATRONIS
MAXIME COLLENDIS

HANC DISSESTITUTIONEM
De De De

M. CAROLAS HEINRICAS BOHN

VIRI
MAGNIFICI, EXCELLENTISSIMI,
EXPERIENTISSIMI, CONSULTISSIME,
AMPLISSIMI, CLARISSIMI,
PATRONI OPTIMI

PHILOSOPHIA RATIONALI OPTIMA
NOMINVM VESTRORVM
SPLENDIDISSIMORVM

Anon est, quod multis verborum ambagibus exponam quibus rationibus commotus, levissimum hocce profectuum meorum specimen **NOMINIBVS VESTRIS SPLENDIDISSIMIS** consecratum in lucem emitto. Tanta enim **NOMINVM VESTRORVM** in Orbe literato fama atque celebritas est, ut hanc meam dissertationem nullo maiori splendore, quippe quo omni in se caret, exornari posse censuerim. Ab temeritatis propemodum in vitium incurserem, qui hoc sine **VESTRO** indultu ac permissione ausus sum, nisi **VESTER** in studia amor **VESTRA** que in studiorum Cultores benignitas tacito veluti consensu hancce mibi

mihi dedisset veniam; in primis cum natale solum, certa quadam dulcedine cunctos ducat, ita ut eorum, qui ex eodem oriundi numquam immemores simus, spero atque confido fore, ut VOS PATRONI OPTIMI hancce a me, qui eosdem VOBIS cum patros veneror Lares, pio animo VOBIS traditam disputationem benigne excipiatis, studiisque meis in posterum VESTRA BENEVOLENIA faueatis. Mihi interim sufficiet publico quodam testimonio debitam erga VOS obseruantiam VOBIS probatam dedisse, quam semper fuisis ad D. T. O. M. piis precibus pro VESTRA VESTRORVM que salute seruaturus ero.

NOMINVM VESTRORVM SPLENDIDISSIMORVM

NOMINIBVS
VESTRIS SPLENDIDISSIMIS

Dabam Lipsiae
die 12. Aprilis.
A. S. R. 1753.

OBSERVANTISSIMVS CLIENS
M. CAROLVS HEINRICVS BOEHN.

VRAT. SIL.



D I S S E R T A T I O
D E
PHILOSOPHIA RATIONALI OPTIMA
LEGVM POSITIVARVM HUMANARVM
I N T E R P R E T E.

P R O O E M I V M.

Multas non solum ac innumeras fere ab aliis iamiam *Cognitio veri-*
fummo studio veritates inuentas, feliciterque temporis tatum ab aliis
*ac sumtuum dispendio haud vulgari, drectas fuisse, sed *iam inuenta-**
et ad nostram felicitatem consequendam et promouen-
dam maxime necessarias, inter omnes constat, ita ut
cuilibet hanc rem paulo curatus perpendenti, statim in oculos ineurrat,
eum suscipere laborem plane herculeum, qui contemnis cognitis ac
inuentis iamiam veritatibus, quarum drectio non nunquam plura de-
sideravit secula, proprio quasi marte illas inuenire cupiat, quinimo hoc
meditantem omnibus ne quidem sufficere posse, quia vitae nostrarae bre-
uitas vetat nos spes inchoare longas. Sed ne forsan quis nobis obiciat

A

prono

prono inde fluere augeo, omnem in veritatem inquirendi operam atque studium inane ac superfluum esse, totumque omnis nostrae cognitionis et eruditioonis fundamentum facere memoriam, cui veritates, ut ab aliis traditas accepimus, diligent et repetita lectione mandauimus; ei obuiam ire possumus summi illius Philosophi SENECAE dicto, qui omnia quae hic pertinent complectitur, debitamque eurantrum inuenta cognoscendi, tam noua inueniendi his verbis commendat; ^{a)} ne nos simus uno contenti, sed cum ab aliis quaesita cognoverimus, tum et de inuentis iudicemus et cogitemus de inueniendis; porro: nos apes imitari debemus ut quaecunque ex diversa lectione concessimus, separamus, melius enim distincta seruantur, ut quaecunque bausimus, non patiamur integra esse, ne aliena sint: sed concoquamas illa: alioquin in memoriam ibunt, non in ingenium. Sola itaque veritatum ab aliis traditarum notitia nullo modo sufficit, sed praeter cogitationem de nouis inueniendis illarum inuentarum etiam eiusmodi requiritur cognitio, ^{b)} qua de illis iudicare indeque verum a falso, fallimque a vero separare et discernere possumus.

a) Epist. 84.

b) Excell. D. AVG. FRID. MULLERI Programma de lectione librorum docta.

§. II.

*Media, quibus
veritates ab
aliis inuentes
percipimus.*

Cum itaque operaе pretium, summeque necessarium sit, veritates ab aliis inuentas probe cognoscere, etiam de mediis, quibus ad earundem notitiā perueniamus, ut solliciti simus necesse est. Veritates autem quatenus ab aliis excogitatae variisque meditationibus detectae sunt, non immerito ad cogitationes referuntur, hinc nemini dubium esse potest, quin eodem modo, quo reliqua mentis nostrae cogitata exhibemus, has quoque declaremus et cum aliis communicemus. Signa vero, quibus mentis cogitationes exprimimus et ex quibus ab aliis animo concipiuntur, sunt verba atque *vocis*. ^{a)} Has duplice ratione excipimus, vel enim ab iis, qui adhuc in viuis praesentesque sunt, veritates ex ore proponuntur: vel ab absentibus aut iamiam mortuis in scriptis reliæ sunt, quorum lectione non minus ad veritatem cognitionem perducimur. Duos itaque existere modos, quibus ad notitiā veritatum ab aliis iamiam disquisitarum detectarumque peruenire possumus, nemo est quem fugiat; prior *vivæ vocis*, posterior *Lectionis* nomine venit. ^{b)}

a) III. IOACH. GEORG. DAKIESIUS Log. P. I. §. 39. seq.

b) s. c.

b) s. C. HOLLMANNVS in introductione in vniuersam Philosophiam
Tom. I. Log. P. III. C. II. §. 373.

§. III.

Lectionem igitur scriptorum ab aliis editorum, si in veritatis *lectio libro-cognitione magis magisque proficere studeamus, maxime necessariam rum fine ad-eſte, in aprico eſt, quia vel vitae noſtrae ratio, vel veritatum multitudi bilita inter-impedit omnia, quae ſcire volumus et debemus via voce et iuſtitutione pretatione a nobis percipi poſſe.* Hinc facillimo perſpicitur negotio hanc libro-rum lectionem omnino ita iuſtituendam eſt, vt fructum atque finem, quem inde ſperamus, minirum veritatum cognitionem conſequamur, quia ad noſtram felicitatem, conſeruandam ac promouendam non ſola ſufficit veritatum notitia,^{a)} ſed requiriunt ut auctorem, qui illas no-bis tradidit intelligamus,^{b)} quia perinde fere eſt, ſive quis nihil ſciat, ſive id, quod ſcī ſola memoria teneat. Verum etiam cum iudicio, ut vocant, discretiū legendi ſunt auctores, ut mentem eorum ſententiamque veram, quam leſum verborum appellant,^{c)} rite aſſe-quamur, id eſt, ut cum verbis auctoris eadem noſtriae coniungamus, quas cum illis ipſe iunxit, dum librum ſcripsit et ita ſcribentem de-mum vere intelligamus. Maximum vero uitium, quod plerumque mortales in hoc fine obtinendo impedit, eſt ſcriptionis et sermonis obſcuritas, quae variis ex cauſis oriſi potest, vel enim non nunquam ſcribens talia adhibuit signa, quae non ab omnibus capi ac perſpici poſſunt, vel iuſtituti ratione commotus, ſe non ubique, propter breuitatis ſtudium aliasque cauſas, ſatis determinate explicauit; quippe per quam ſeruo ſcopo ſuo excidit, qui in eo conſiſtit, ut cogitata noſtra cum aliis diſtingue ac perſpicue communicemus.^{d)} Eo inaque ferio nobis laborandum eſt, ut hanc obſcuritatē maxime periculofam tollamus eidemque medelam afferamus,^{e)} quod fieri non poſteſt, niſi auctorem adhibitis certis quibusdam regulis interpretemur,^{f)} quas ars nos docet hermeneutica.^{g)}

a) §. I. hui. diff.

b) CORVINVS in Inst. philos. rat. C. XI. S. II. §. 797.

c) Perilliſtr. L. B. de WOLFF Log. P. II. S. III. C. VI. §. 903. et HOLLM. Log. P. III. C. II. §. 395.

d) BVDDEVS in Philos. instrum. P. II. C. II. §. 1.

e) BVDDEVS loc. cit.

f) HOLL.M. loc. cit. §. 395. et CORVINVS l.c. §. 800.

g) HOLL.M. l. cit. §. 396.

§. IV.

*Interpretatio-
nis definitio
generalis.*

Quisquis verum alicuius Scriptoris in iis, quae vel breuius, vel obscurius, vel negligentius iusto ab eodem dicta sunt, sensum assequi studet, is in interpretando illo versatur scriptore, ^{a)} mentemque scribentis adhibitis regulis artis illius, cuius mentionem fecimus, ^{b)} fundamentis certissimis vberius exponit; hinc commode ipsam interpretationem definiri posse credimus per *vberiorementis alicuius scriptoris expositionem*. Haec ipsa vero interpretationis definitio, vnicuique illius finem consideranti, primo statim intuitu ostendit, quam arduum quamque periculosum hocce si negotium; operaे premium inde huiusque loci esse nobis videtur, plura hac de re in medium proferre. Finis, quem per interpretationem obtinere cupimus, est vera mentis scribentis affectio, quam non statim ex verbis intelligere possumus, qua in re sedulo cuiquam est caendum, ne alienum a loquentis mente producat sensum. Manifestum inde est nobis nulla ratione licere, neque addere quid, neque delere, quia hoc factum certum quam quod certissimum est, mutationem factam, ^{c)} aliamque rem, quam quae explicanda erat, esse quasi interpositam. Quod vero admissa eiusmodi verborum mutatione contra finem interpretationis faciat, fusius ita demonstrabo. Verba sunt signa ex quibus cogitata colliguntur; cogitata itaque sunt signata, ^{d)} et qualia adhuc signa, talia ut exhibeantur signata necesse est. Demas itaque vel addas quidquam iis signis, num putas eadem signa, eademque signata remanere? Nonne potius omnia haec murata, si verum celare nolis, deprehendis? His mutatis fieri non potest, quin cogitata dicentes mutantur, eique res, quae nunquam in mentem venit, affingatur. Omnem itaque mutationem verborum fini interpretationis aduersari, nemo non vider, cuius potius interpreti incumbit, vt mentem scribentis tantum ex datis, quae ille ipse suppeditauit, reddat clariorem, neque sua demum interpretatione inferat, sed tantum eruat sensum. ^{e)} Id vero, vt eo felicius rectiusque procedat, summa quaedam necessitas a laudato fine interpretationis proueniens efflagitat, vt de nostra sensus alicuius scriptoris explicacione certi simus. At quando erit ea de re certus interpres? tunc certe, vbi de sua explicatione ita est persuasus, vt oppositam quamecumque aliam, vi circumstantiarum concurrentium, impossibilem esse perspiciat. Cuiusmodi certitudo apud Logicos accipit nomen *certitudinis herme-neutices*. ^{f)} Quae cum ita sint, equidem definitioni, quam de interpretatione dedit B. HEINECCIVS, ^{g)} qui illam tantum *probabilem et verosimilem* dicit *expicationem*, subscrivere plane nequeo; tota enim

enim tunc nostra cognitio non nisi probabilitate niteretur: quantis autem quaelo erroribus atque dissensibus hoc modo aperiatur via? ipsa namque probabilitas semper adhuc admittit sententiae nostrae oppositum.^{h)} Taceo, quod hoc eruditiois atque cognitionis lubricum fundamentum in rebus historicis aliisque scientiis nimium damni inferat, quantum vero praeccipue detrimenti tam sanctissima nostra religio, quam iurisprudentia, quo tamen vroque fulcro nostra cum aeterna, tum temporalis felicitas firmatur, pateretur, si interpretationem tantum probabilitatem demonstrare statueremus? O quam miser unusquisque forer, beatam vitam solum ex probabilitate speraturus.

- a) CORVINVS. I. c. C. XI. S. II. §. 799. et HOLLM. I. c. §. 396.
- b) & praeced. h. diff.
- c) Excellentissimi D. IOH. TOB. RICHTERI Disp. I. Sel. Iur. Princ. §. 10.
- d) §. 2. hui. Diss. ibique DARIES. I. cit.
- e) LAVTERBACHII Colleg. Pand. L. I. Tit. I. n. 8.
- f) HOLLM. Log. P. III. C. II. §. 407.
- g) In Elementis philos. rat. et mor. P. I. C. IV. S. II. §. 138.
- h) HOLLM. I. c. P. II. C. III. §. 229.

§. V.

Quando quis in interpretando quadam auctore versatur, is mente illius ex signis, quae verba sunt crucere studet,^{a)} adeoque ad verba respicit, ut corundem verum assequatur sensum. Duplici autem ratione fieri hoc potest, quia verba duplicea saepius diuersumque sustinent sensum; vel enim considerantur *extra omnem contextum ac et interpretationem logiam*, ita ut auctor, non tam de mente auctoris capienda sit sollicitus, quam communem vocabulorum significarum tantum exhibeat; vel *in arcta sua cum reliquis coaevione, et secundum auctoris intentionem*, ita ut complexus idearum, vel singulæ ideae, quas scribens hisce vocabulis subiecit, explicentur.^{b)} Prius qui facit, grammaticœ exponit: qui vero posterius, *is logice interpretatur*. Distinctio itaque inde oritur, inter expositionem grammaticam, quac regulis grammaticœ, et inter interpretationem logicam, quac regulis logicœ nititur.^{c)} Nec omni haec nostra distinctio destruitur fundamento; is enim, qui priori modo verborum significatura considerat, explicat tantum signa: qui vero posteriori explicat signata, id est mentem scribentis. Hic itaque vere interpretatur, quia interpretatio est *mentis vberior expositio*.^{d)} Interpretatio itaque lo-

Distinctio inter scripti alicuius expositionem grammaticam ac et interpretationem logiam cum.

DE PHILOSOPHIA RATIONALI OPTIMA

gica et expositio grammatica ita inter se differunt, ut signum et
signaturem. *Interpretatio grammatica* est significativa, quia significatur
a) §. 4. h. diff.
b) HOLLEMO Log. P. II. C. III. §. 227.
c) HEINECCIUS l. cit. P. I. C. IV. S. II. §. 207.
d) §. 4. h. diff.

§. VI.

*Interpretatio
pertinet ad
Logicam.*

Qua distinctione stabilita et corroborata vniusquisque perspicit,
qua via eundem sit, si quis felicissimo successu veritates ex aliorum
scriptis eruere velit. Nimirum si facta illa verborum grammatica ex-
positione ad interpretationem logicam progredimur, omne errandi
periculum evitabimus. Duo enim tantum sunt, quae in scripto quo-
dam considerari possunt; ipsa videlicet *verba*, ac deinde scribentis *co-
gitationes*, ad quas dijudicandas maxime nostro opus est iudicio. Hanc
itaque interpretationem ad logicam pertinere in aprico est, quia omne
ad huius disciplinae arbitrium pertinet, quidquid veritatis cognitionem
iustumque nostrae rationis usum promouet et cum denum vere ratio-
nalis philosophiae nomen meretur. Evidenter scio, quod plurimi
Logicorum, quibus forsitan Logica nihil aliud est, quum ars syllogi-
stica vel etiam ars de quaunque re disputandi, hanc materiam omi-
serint indeque peculiarem adhuc sibi scientiam imaginati sint, quam
parum autem haec effecta illorum scientia fundamentum habeat, et a Lo-
gica distet, ex nostra distinctione et antecedentibus, dijudicari potest.

§. VII.

*Instituti no-
siri ratio.*

Ex hac tenus dictis et demonstratis cum appareat, artem interpre-
tandi partem esse philosophiae rationalis omnianque interpretationis prin-
cipia ex eadem petenda, ita tamen, ut quilibet interpretum hafce re-
gulas ad singularem suam scientiam applicet: iam iis, quae sequuntur
quantum virium facultates permittunt, demonstrare alloborabimus:
Omne interpretationis Legum scriptarum humanarum fundamentum,
non minus in Philosophia rationali possum esse; Qua in re hunc ser-
uabimus ordinem, ut primo generaliores, quas nobis tradit Logica
regulas interpretandi, adducamus, nam omnes hoc loco commemorare
limites propositi excederet nostri; deinde vero, qua ratione ad huma-
nas politivas leges regulae istae applicari possint, edoccamus.

8

SECTIO

S E C T I O N
GENERALIORA HERMENEVTICES
P R I N C I P I A E X H I B E N S .
C A P V T I .
D E
INTERPRETE EIVSQUE REQUISITIS.

§. VIII.

Artem quam Logici vocant hermeneuticam, non solum summam *Objetum hermeneutices*.
in cognoscendis veritatis praebere utilitatem, sed etiam summe necessariam esse, in antecedentibus iam demonstravimus.^{a)} Nostrum iam est generaliora eiudem ex Philosophia rationali paucis perlustrare principia, eorundemque in itre applicationem docere arque ostendere. Sed cum ipsa sana suadeat ratio, ut, antequam scientiam aliquam pertractamus, de illius obiecto solliciti simus, illudque nobis probe cognitum reddamus, artis quoque hermeneuticae obiectum paulo curius perpendendum erit, ut deinde ea, quae circa illud monenda sunt, eo distinctius contemplari possimus. Inter omnes vero, me quoque tacente, constat duplex illud hermeneuticas obiectum; nimirum *is, qui interpretationem suscipit*, et deinde *id, cuius interpretatione suscipitur*. Ad hanc itaque duo capita omnes laudatae artis regulae referuntur, quae enim interpretentur concernunt, *interpretis requisita*, quae vero ad scriptum eiusque interpretationem ipsam spectant, *leges interpretationis* vocantur; ^{b)} hinc nos quoque fin pertractanda hac materia ita versabimur, ut pro duplice illo obiecto, duplificem quoque differendi viam prosequamur.

^{a)} §. 3. h. diff.^{b)} HOLLM. Log. P. III. C. II. §. 397.

§. IX.

Finis omnis interpretationis hic est, ut ex datis, quibus scriptor *De Interpretate* quietquam nobis exposuit, quae verba atque voces sum mentem illius *cuiusque Requisito Inno.* eruamus. Quo ex fine omnia interpretis requisita facilissimo negotio colliguntur; duplice enim ratione quilibet in interpretando quodam auctore versatur interpres; vel tantum eum exponit, vel logice interpretatur. Primam explicandi rationem nimirum expositionem grammaticam non solum maxime necessariam esse, sed et praesupponi ne-mo inficias ibit, quia hac deficiente deficit, quoque omnis signorum,

§ DE PHILOSOPHIA RATIONALI OPTIMA

ex quibus cogitata colligi debent, cognitio. Obscuris itaque aut plane incognitis signis, signata simul obscura, et plane manebant incognita. Primum igitur interpretis requisitum est: *ut eandem linguam, qua auctor scriptis, calleat,*^{a)} ut expositionem suscipere possit feliciter grammaticam; multum etenim quandoque lucis affert voces flectendi ponendique ratio, nec non accurata cuiusque linguae idiotismorum cognitionis,^{b)} ad quam per artem grammaticam peruenimus.

a) HOLL. Log. P. III. C. II. §. 398. et CORVINVS Log. C. II. S. II.
§. 812. Schol. 2.

b) BVDEVS I. c. P. II. C. IV. §. 8. et 22.

§. X.

*Interpretis
requisitum II.
et III.*

Posito primo interpretis requisito, qua tantum scripti alicuius expositio grammatica suscipitur, ad ea progrediendum, quae ad interpretationem logicam pertinent. Cum vero interpretationis logicae finis sit^{a)} intelligere mentem atque veram scribentis intentionem, non simplicem verborum significarum scire arque tradere sufficit, sed praeter ea potissimum exigitur, *ut interpres illius scientiae, ex qua res scripta profecta est, fontes probe cognoscat;* siquidem non parum ad tollendas difficultates facit, historiarum antiquitatum et quae sunt huius generis reliqua, auxilio vti, quibus ut quilibet officio interpretis fungens instructus sit, necesse est, si omne errandi periculum evitare velit. Sed summa hac in re opus est circumspetione, ne dum virtutem Charybin, in Scillam incidamus, et omnem nostram industriam vnicce in his memoriae rebus ponamus, rationemque studiorum, videlicet promouendam felicitatem humanam negligamus.^{b)} Praecipue vero caudendum est, ne dum alicuius scripti interpretationem suscipimus, harum rerum voluptate seducti, nostri officii obliuiscamur, earundemque cognitionem solum acquirere, hasque scientias excolere studeamus, quia tantum sunt media, quibus ad veritates cognoscendas præparamur. Qui in re conscientiem nobiscum iamiam laudatum Seneccam allegabo, ita scribentem:^{c)} *non discere debemus ista, sed deducere: item quid horum ad virtutem viam sternit, syllabarum enarratio et verborum diligentia et fabularum memoria et versuum lex et modificatio.* Tandem idem sapientissimus vereque doctus vir insigne exemplum tradit, eoque suam doctrinam illustrat. Ait enim: *nos illa discamus, quae Homerum fecere sapientem.* Nam scire velle utrum maior aetate fuerit Homerus an Hesiodus? non magis ad rem pertinet, quam scire, an minor Hecuba fuerit, quam Helena? Deinde statim simul

simil adhuc apparet hanc cognitionem, qua fontes alicuius scientiae eiusque fata probe perspecta habemus, non sufficere ad felicissimos, in interpretando quodam auctore, faciendo progressus; sed maxime adhuc requiri, ut illius scientiae quoque principia et terminos technicos teneamus.

a) §. 4. h. diff.

b) HOLLM. I. c. P. III. C. II. §. 436.

c) Epist. 88.

§. XI.

Cum vero omne interpretationis negotium in eo consistat, ut De Interpretationis requisito
easdem, quas auctor cum verbis suis coniunxit ideas, dum librum scri-
psit, cum iisdem coniungamus; ⁴⁾ necesse est, ut ideas illas nobis
repraesentemus, repraesentatas et cognitas cum reliquis comparemus,
tandemque his comparatis, iudicium nostrum de scribentis intentione
feramus, siue veritatem inueniamus. Omnes igitur tres mentis
operationes, ad interpretationem suscipiendam, requiri, neminem fuge-
re potest. Ars vero illa, quae nos tres illas operationes intellectus
nostris cognoscere atque dirigere docet, est Logica, quippe quae est,
Scientia veritatem inueniendi alisque communicandi; hinc in intellectus
nostris vires, quia ille circa veritatem, voluntas vero circa bonum
magis versatur, ^{b)} inquirit; unde in antecedentibus iamiam interpre-
tationem ad philosophiam rationalem retulimus. Quartum inde in-
pretis requisitum erit, ut regulis atque principiis logicas bene sit in-
structus. ^{c)}

a) WOLFF. Log. P. II. S. III. C. VI. §. 903.

b) HEINECCIUS I. c. C. II. S. I. §. 7.

c) SCHWARTZIUS Diff. inaug. Erford. hab. de recto et legitimo ysu de-
cidendi causis secundum argumentum Legis C. I. §. 17. ibique alleg.
THOMASIVS in introd. ad Philosophiam aulicam.

§. XII.

Quicunque aliquam suscipit interpretationem, sine dubio veritatis Requisitum V.
studiosus dici meretur, quia veritatem inuenire cupit, ea itaque omnia
sunt ab eo remouenda, quae finem illum obtinendum, quoconque modo
impedire possunt. Dantur autem non nulla in nobis ipsis, quae nos
saepissime a veritatis cognitione, quam tamen desideramus, detinent,
et in falsitatis vitium trahunt, omnemque errandi, licet omnia alia ve-
ritatem cognoscendi et inueniendi ad sint media, praebent occasionem.
Taceam quantum erroribus praejudicia atque affectus nostri praestent

auxilii, quia hoc satis superque a philosophiae rationalis aequa ac moralis Doctoribus demonstratum est, planeque a scopo nostro alienum esset, vberiorem huius rei addere probationem. Potius inde nouum interpres requisitum deducimus, nimirum: *ut omni erga scribentem caret affectu et praeiudicio.*^{a)} Ultimum tandem quod hic notari meretur, et ab omnibus iis, qui alieuius scripti suscipiunt interpretationem, obseruari debet, in eo consistit: *ut ab omni abstineant emendationes;*^{b)} quippe quod nulla ratione ad officium interpres spectat, neque vñquam eidem licere potest, quod in antecedentibus a nobis iamiam ostensum fuit. Negandum quidem non est, plura ac innumera fere inueniri loca, quae intellectu videntur difficultissima; tamen nulla correctio et emendatio ab eo, qui veritatem ex scribentis verbis eruere studet, proprio ausu eam ob causam, vt facilior reddatur interpretatio, suscipi potest; omnis potius tali in casu adhibenda est opera, licet negotium sit maxime arduum, vt verbis quanquam obscurissimis, tamen non mutatis, veram consequamur scribentis mentem, quod sine dubio adhibitis genuinis hermeneutices regulis ac omni solerter feliciter proceder; *nihil enim est,* teste SENECA,^{c)} *quod non expugnat peritax opera et intenta ac diligens cura,* ita *ut cum VIRGILIO canere possimus:*^{d)}

*Labor omnia vincit
Improbus.*

^{a)} HOLLIM. I. c. P. III. C. II. §. 398.

^{b)} §. 4. h. diff. ibique alleg. RIGHTERI Disp. I. Sel. Iur. Princ.

^{c)} Epist. 50.

^{d)} Lib. I. Georg. v. 146.

* * * * *
C A P V T II.
D E
L E G I B V S. I N T E R P R E T A T I O N I S.

§. XIII.

*De Legibus
Interpretatio-
nis.*

Diximus in antecedentibus, duo dari capita, ad quae omnia, quae hic pertractanda sunt, referri possunt, duplex hermeneutics obiectum, quod est vel interpres, vel scriptum, cuius interpretatio suscipitur. Ea quae in interprete desiderantur, interpres requisita, quae vero posterius concernunt, leges interpretationis vocavimus. Absolutis itaque interpres requisitis, nostram nunc mentem ad interpretationis

nis leges, conuertimus, quae omnia nos docent, quibus alieuius scripti mens vera cognosci potest. Huc non parum facere puramus illam cognitionem, qua de persona scribentis certiores reddimur; quamobrem non nulla tum ratione scribentis, tum ratione scripti, quo nobis signa, quibus cogitationes exposuit suas, exhibentur, in medium prolaturi sumus.

§. XIV.

Cuilibet negotiorum interpretationis suscipienti serio incumbere, ut *Ratione scribentis*. de persona scribentis sollicitus sit, nemo negabit, qui tantum ad finem interpretationis respicit. Etenim certum est, nos haud facile veram alieuius scribentis mentem indagari posse, si eundem plane incognitum habemus, quod ipsa huius rei natura docet. Quo posito utilissimum est, scire, quo tempore auctor vixerit; haec enim cognitio multum lucis studio interpretandi affert, quoniam iudicare exinde quodammodo possimus: an scribens de hac vel illa re notitiam habere potuerit? quid quod ex coetaniis scriptoribus colligi possit, an eidem fides habenda sit, nec ne? cuius rei maxima in primis in scriptis historicis est utilitas. Alterum quod hac in re nosse iuuabit, praecipue in rebus dogmaticis, est, ut sciamus; num certae coidam sectae addictus fuerit; quo non cognito in tenebris quasi palpantes, multis erroribus obnoxii erimus. Nam vnicuique notum est, quemlibet scribentem talem cum verbis ipsis coniungere ideam, quallem hypothesis vel systema, cui subscriptis desiderat. Quare si ignoramus, cui sectae addictus fuerit, sine dubio ideam, quam cum verbis suis coniungere debemus, ignorabimus, siveque facile accidet, ut scribenti ideam systemati suo e diametro contrariam adscribamus, adeoque a veritatis tramite longe aberremus. Ita male profecto in interpretandis sacrae fidei scriptoribus ille versaretur, qui sine habito respectu ad systema sanctissimae nostrae religionis, immortalitatem animae ita explicaret, ut a Pythagoreis, Platoniciis ac Stoicis accipitur: et vice versa ethnici illis scriptoribus longe meliorem adscriberentem, si illorum animae immortalitatem cum idea, quam nos Christiani habemus, communaret.

§. XV.

Cognito scribente, ut ipsum scriptum iam consideremus, necesse est, quippe quod primarium interpretationis obiectum constituit, ut *Ratione ipsius scripti*. que medium est, ex quo scribentis mentem colligi, aequo ac dijudicari licet. Omnis itaque nostra intentio et opera eo dirigenda est, ut maxima circumspectione in ipsum scriptum inquiramus, quia nobis comp

plexum signorum, quibus auctor mentem suam declarare voluit, exhibet. Dupli vero ratione hoc fieri debet, vel ut *illius singula verba tantum*, vel *totas eiusdem propositiones* consideremus. Nollit tamen, ut quis hanc diuersam scriptum considerandi rationem, eo modo accipiat, ut eam cum nostra supra iamiam allata distinctione,^{a)} inter *expositionem grammaticam*, et *interpretationem logicam*, confundat, seu eandem esse, fortassis credat; maximum enim inter has distinctiones intercedit differen^cia, quandoquidem *grammaticae* qui exponit, verborum tantum exhibet significatum communem;^{b)} qui vero *hoc modo singula verba* et in his mentem loquentis contemplatur, *logice* rem disquirere ac enucleare conspicitur.

a) §. 5. h. diff.

b) §. cit. h. diff.

§. XVI.

Ratione verborum singulorum Regula I.

Primo itaque loco, scripti alicuius singula verba logice sunt consideranda, atque explicanda; logice vero est interpretatur, qui ideas, quas scribens verbis suis subiecit, demonstrat atque exponit; hinc primam hac in re ponimus regulam: *ex singulis verbis iudicandum an primarias ideas, aut secundarias sub se contineant.*^{a)} Et quia saepissime una idea pluribus vocibus, nec non plures ideae unica tantum exprimuntur voce, ulterius perspicendum: *an termini sint complexi aut incomplexi.*^{b)} Cuius regulae tum utilitatem, tum necessitatem, unum quemque intelligere credimus, quia ipsa sana ratio suaderet, ut rem, de qua aliquid praedicare volumus, rite cognoscamus. Contra si quis fecus agit, facile fieri potest, ut ideam substituat ab auctore prorsus alienam.

a) HOLL. Log. P. III. C. II. §. 399.

b) BYDDEVUS l. c. C. I. P. II. §. 13.

§. XVII.

Quid Idea primaria et secundaria? Quid terminus complexus et incomplexus?

Quo loco nos a scopo nostro non adeo aberratu^ros arbitramur, si paucis, quid sub *idea primaria et secundaria*, et quid *sub termino complexo et incomplexo* intelligendum sit, exponamus. Videlicet quando rem aliquam, tanquam praesentem vel absentem, mente nostra concipiimus, sive nobis repraesentamus, tunc in nobis eiusdem rei oritur imago, mediatis nostris sensibus, quorum auxilio illa alicuius rei excitatur repraesentatio; unde idea, per *genuinam obiecti cuiusvis in mente imaginem*, definitur.^{a)} Equidem scio varias, harum idearum dari divisiones, a Logicis commonstraras; ast eas hoc loco memorare omnes, superfluum fore, earum tamen mentio facienda, quae funda-

fundamentum praebeat nostrae diuisioni. Rem quando nobis aliquam repraesentamus, sit vel eo modo, ut eam rem illiusque imaginem solam animo concipiamus, ita ut in hac idea, plura ne mente quidem distinguamus,^{b)} quae tum dicitur *idea simplex*: vel vt simul cum illius simplici, aliam adhuc coniungamus ideam, ut plura a se inuicem distingui possint, et *composita* in mente nostra excitatur idea. Illa autem cum qua, et propter quam, alteram cogitamus, *primaria* vocatur: haec vero, quae cum illa, et propter eam cogitatur, *secundariae* nomen obtinet. Si vero hanc nostram ideam aliis communicare, aut potius eandem in altero excitatere cupimus, sonis quibusdam articulatis, vocibus aut terminis utimur; unde iam est, quod paucis terminorum illam diuisionem, modo allatum,^{c)} in confederationem vocemus. Saepe contingit, ut unus vel plures termini ideam aliquam exhibeant compositam, de qua id affirmari vel negari potest, quod de ideis unius vel plurium terminorum simplicibus affirmari vel negari nequit: vel vt plures voces ira coniungantur, ut unica vox, unicam tantum tantum ideam, licet qualibet harum vocum, alias et extra hanc coniunctionem, singularem suam ideam indicare soleat. Vtroque casu *terminus* dicitur *complexus*: *incomplexus* vero est, quando unica vox, unicam tantum exhibet ideam. Reliquas horum terminorum diuisiones silentio hic praeterire, propositi nostri ratio iubet, in primis cum illas a Doctoribus Philosophiac late docerantur.

a) HEINECCIVS I. c. P. I C. II. Sect. II. §. 21.

b) BVDDEVS I. c. C. I. P. I. §. 9.

c) WOLFF Log. P. I. S. II. §. 108.

§. XIX.

Secunda, quae in verbis singulis considerandis, obseruanda venit *Regula II.* regula, haec est: *verba tam diu in genuina nativa et propria significatio accipienda, quam diu inde discedendi nulla adest necessitas.*^{a)} Genuina vero nativa illa et propria verborum, quae hic desideratur significatio, ea est, quam illis tribuit popularis usus, penes quem arbitrium est, et ius, et norma loquendi,^{b)} teste QUINTILIANO,^{c)} qui dicit: *Consuetudo certissima loquendi magistra: utendumque plane sermone ut numero, cui publica forma est.* Maxime hinc veritati contentaneum videar, auctorem vel scriptorem ita locutum, vocabulisque sic usum fuisse, ut reliquis, qui eadem gaudent lingua, accipiuntur. Diximus vero *tamdiu, quamdiu inde discedendi nulla adsit necessitas*; sed dupliciter illa discedendi necessitas oriri potest, veluti, si acceptis vocibus in proprio et genuino significatu, aliqua ensueatur contradicatio,

aliaque causa sufficiens adsit, quae alium sensum suadet;^{d)} vel si ipse scribens, vocem quandam haud in vulgari ordinariaque significatione sumtam, testatus sit; quibus casibus necessitate urgente, a communi significatu omnino recedendum est. Qui enim secus facit, et terminos ab auctore explicatos aliter, quam is ipse voluit accipit, ille pessime in eodem interpretando ac intelligendo versabitur.^{e)}

a) WOLFF Log. P. II. S. III. C. VI. §. 906.

b) PVFENDORFF Ius Nat. et Gent. L. V. C. 12. §. 3.

c) Inst. Orat. L. I. C. 6.

d) PVFENDORFF I. cit.

e) WOLFF I. c. P. II. S. III. C. VI. §. 904.

§. XIX.

Regula III. et IV.

Quando scribens certo cuidam subscriptis systemati, terminisque technicis, quos vulgus ignorat, vñus est, tertia haec regula, est notanda: *Vocabula artium propria, secundum definitiones prudentum cuiusque artis sunt explicanda:*^{a)} quo certius enim est, artificum vocabula seu terminos artis, varias ob causas a populari vñu discrepare, quia vel rerum multitudo, vel ea intentio, vt ad suam artem tantum pertinentes terminos haberent, illos commouit, singularia vocabula rerumque notas sibi fingere, et vulgaribus vocibus quandoque diuersum imponere sensum;^{b)} eo verius est, terminos technicos, nisi nubem pro lunone amplecti velimus, secundum definitiones artis cuiusque prudentum esse, accipiendos. *Dialectorum enim verba nulla sunt publica, suis utuntur, et id quidem commune est omnium fere artium,* teste illo omnis eloquentiae romanae Parente.^{c)} His omnibus addo, in legendis atque interpretandis aliorum scriptis, hanc regulam etiam esse seruandam, vt caute disscipiamus, *an omnia scribentis propria et sua sint verba,* quod totus scripti docebit contextus, vel enim auctor illustrationis et probationis causa, vel vt aliorum sententiam refutet, aliena suis immiscer verba; unde maximopere caendum est, ne ea, quae in his verbis alienis comprehenduntur, auctori nostro contra illius mentem adscribantur.

a) PVFENDORFF I. c. §. 4. et BVDDEVS I. c. C. IV. P. II. §. 10.

b) PVFENDORFF I. c. §. 6.

c) CICERO Quæst. academ. L. I. C. I.

§. XX.

Ratione ipsa-
rum propri-
rum propositio-
rum

Ordo, quem hac in re seruare supra promisimus, quoque primum singulorum verborum ac deinceps torarum propositionum interpretationem

ionem suscipiendam esse, sana ratione duce suasimus, iamiam postulat, *sicionum Regula Ina.*
 vt verborum interpretatione pertractata, nunc eas percenseamus regulas, quae ad interpretationem totarum propositionum primario spectant. Antequam vero hanc aggrediamur pertractionem, vt de propositionum notione non nulla praemittamus, operae pretrum esse, nobis viderit. Quando rem aliquam mente nostra, et ea, quae simul concipiimus, facta inter se comparatione, vel tanquam eidem inhaerentia, vel non inhaerentia repraesentamus, haecne ratione de eadem quidquam vel affirmamus vel negamus, tum *iudicare dicimur;*^{a)} atque ille mentis actus, quo aliquid rei, quam cogitamus vel tribuimus, vel ab eadem remouenus, *iudicium*, appellatur.^{b)} Prouti vero omnes mentis nostrae cogitationes, si illas alius exponere volumus, verbis exprimimus, ita fieri non potest, quin iudicia nostra verbis etiam exponamus, aliisque communicemus; taleque iudicium mentis nostrae verbis expressum, *propositionis* nomine venit.^{c)} Facillimo inde perspicitur negotio, quamlibet propositionem logicam duabus inprimis constare paribus, nimirum duabus ideis, quarum una est, de qua altera vel affirmatur, vel negatur; altera, quae priori tribuitur, vel ab eadem remonetur. Priorem *subiectum*, posteriorem autem *praedicatum*, logici vocare solent. Ex quibus praemissis prima interpretationis logicae regula prono fluit alueo, intuitu ipsarum propositionum, quae ita se habet: *respiciendum est ad vius cuiusvis propositionis subiectum et praedicatum, num unum de altero vel affirmari, vel negari posse;*^{d)} quomodo vero hoc fieri debeat et quibus regulis quibusque mediis opus sit, hic addere superfluum ac scopo nostro alienum est, quia haec in omnibus philosophiae rationalis systematis abunde doceuntur. Pronocamus potius ad requisitum interpretis quartum, ^{e)} ut regulis logices bene sit instrutus.

a) HOLL. I. c. P. I. C. I. §. 19.

b) WOLFF. Log. P. I. S. I. C. I. §. 39.

c) EVDDEVS I. c. C. I. P. I. §. 20.

d) HEINECCIVS I. c. P. I. C. IV. S. II. §. 191.

e) §. II. h. diff.

§. XXI.

Diximus eum, qui interpretis munere fungitur, verba non solum *Regula 2da* considerare atque explicare secundum significatum, quem sibi extra contextum vindicant; sed illis potius eas adscribere notiones, quas ex circumstantiis et totius scripti nexus, iis tribuendas esse, appetit.^{a)} Ex qua interpretationis logicae natura, sequens fluit regula: *antecedentia et consequentia semper sunt consideranda.* Sic enim cognoscitur ille scripti con-

contextus, secundum quem nostra interpretatio instituenda est; in primis cum non nunquam idea subiecti, in antecedentibus latiter, praedictarum autem in sequentibus adhuc magis explicetur, et vice versa.^{b)} Praeterea nimis prolixum forer, si auctor in omnibus locis, ideas, quas cum verbis coniunxit, determinare veller, vbi eas iamiam vel in antecedentibus descripsit, vel data quoque occasione adhuc in sequentibus exhibet. Hac igitur regula neglecta facile euenire potest, ut non nulla loca, eam ob causam obscura, vel plane non, vel contra omnem auctoris intentionem interpretemur, sive a veritatis tramite aberremus. Sana exinde ratio nobis monstrat viam, qua cundum, si quaedam loca nobis obscuriora occurront, nimirum, *explicanda ea esse ex locis auctoris clarioribus et parallelis.* Contra omnem aequitatem procul dubio agit, et iniuriis scribentem afficit, qui loca obscurius vel breuius prolata, in antecedentibus autem vel in sequentibus satis accurate declarata, non *ex iis*, vbi mentem suam clarius declaravit, explicat, eumque obscuritatis arguere non ferubescit.

a) §. 5. h. diff.

b) HEINECCIVS l. c. P. I. C. IV. S. II. §. 193.

§. XXII.

Regula 4ta.

Cum finis omnis interpretationis eo sece tendat, ut veram scribentis mentem ex suis verbis eruamus; utramque quasi facere paginam nullus dubito, illam regulam, quam quarto loco ponimus: *respicendum esse ad finem atque intentionem scribentis.*^{a)} Etenim quilibet auctor, dum scribit, certum ob oculos habet finem, cui conueniant cogitationes, conueniant signa cogitationum, oportet.^{b)} Nemini inde dubium esse potest, quin maxima virga necessitas, ut respiciamus ad hunc finem, quia *ex eodem* appetat, quales hisce verbis, dum scripsit, ideas subiecerit; nam qualis finis, talia quoque adesse debent media. Contrarium qui facit, et contra scribentis finem et intentionem verba ipsius scripti explicat, is quidem sensum fortassis quendam eruit, sed toto coelo diuersum ab eo, quem scribens intelligi voluit, sive falso tribuit auctori mentem, quam tamen veram assequi sibi persuaderet; cum finis e contrario arque intentio scribentis perspecta, ea omnia suppleat, quae non satis distincte ab ipso auctore forsitan sunt exposita.

a) BVDDEVS l. c. C. IV. P. II. §. 18.

b) §. 3. h. diff.

§. XXIII.

§. XXIII.

Porro non infimum hic sibi vindicat locum id, quod ex fine et auctoris intentione considerata, in interpretando amplius iudicari et colligi potest. Toto evenit die, teste experientia, ut scribens adhibeat verba, quae alias significatu gaudent latissimo, ita ut extra contextum et sine habito ad intentionem auctoris respectu, plures vel latiores, quam illis subiecit, exhibeant notiones; sive intentione sua sint latiora, et vice versa nonnunquam accidit, ut angustioribus vtatur, quae alias non talem in nobis excitarent, quemque scribens hoc loco voluit ideam. Vtique easu phari loco nobis est ipsa auctoris intentio, quae nos hacc omnia docet. Quoties enim apparet verba intentione esse latiora vel angustiora; toties diversa ratione interpretatio suscipi debet, priori casu *restrictiva*, posteriori autem *extensiva*. Vnde notissima illa interpretationis diuisiō, in *extensivam* et *restrictivam*,^{a)} orum suum traxit.

a) LAVTERB. Colleg. Pand. L. I. Tit. I. n. 8. et HEINECCIVS l. c.
P. I. C. IV. S. II. §. 203.

§. XXIV.

Tandem ad aliam regulam peruenimus, non minus scitu summe Regula sta.
necessariam; digna inde, quae interioribus lustretur oculis. Quando in interpretando quodam auctore versamur, facile contingere potest, ut ex iisdem verbis, varijs iisque diversi produci possint sensus, cum tamen non nisi unicus sit verus. Quilibet interpretum, eo casu haec sit dubius, quinam sit eligendus: sed ex hac incertitudine, filo quasi Ariadneae, sequenti regula ducimur; illum nimirum sensum eligendum esse, qui analogiae textus, et doctrinae est conueniens.^{b)} Qui-
cunque enim scientiam aliquam perraetavit, ut veritates, quas illa sub-
se comprehendit, noscat, ac in scriptis suis, secundum eiusdem ana-
logiam se exprimat, necesse haber; quia alias non hanc, sed aliam rem perraetavisset. Quo posito, certum quoque quam quod certi-
fsum est, interpretum ita versari debere, ut mentem auctoris, cum
principiis huius doctrinae, conuenientem ostendat, in primis quando reliquae textus circumstantiae luculenter demonstrant; auctorem, nec in hoc casu expresse, nec in alio loco unquam ab huius scientiae sys-
temate discessisse. Pater inde necessitas illius requisiti, cuius mentionem supra fecimus, quodque in uno quoque interprete iam desiderau-
mus.^{b)}

a) HOLLM. l. c. P. III. C. II. §. 402. et BVDD. l. c. C. IV. P. I. §. 15.

b) §. 15. hui. Diff.

§. XXV.

Quid analogiam doctrinam et textus?

Non plane a scopo nostro alienum esse ducimus, hic paucis ostendere, quid sub *analogia doctrinae*, sive *systematis* et *textus* intelligatur; siquidem illam quoque ad artem hermeneuticam pertinere iamiam monuimus. Priorem quod attinet, *analogiam doctrinae suo systematis*, statim quid ea sit, apparebit, si nobiscum ante repudierimus, quid *systema* dicatur. Hoc vero nihil aliud est, quam *veritatum inter se, et cum principiis connexarum congeries*.^{a)} Vnde liquet, nec esset ratio has veritates connexas, tum *inter se*, tum etiam cum suis principiis, conteniuntur debere. Quae cum ita sint, *analogiam doctrinae*, sive *systematis* vocari posse credimus: *conuentiam locorum de simili arguento agentium, tum inter se, tum etiam cum suis principiis*; Sie uti e contrario, *analogia textus* dicitur, *consensus ille circumstantiarum in ipso textu concurrentium*.^{b)} Quae quomodo dijudicari debent, ex iis, quae antea tradidimus, intelligi potest.

a) WOIFF. Log. P. II. S. III. C. V. §. 889.

b) HOLLIM. I. c. P. III. C. II. §. 402.

§. XXVI.

Quid certitudine hermeneutica?

Positis itaque his regulis, dispiciendum adhuc est, quaenam ex earundem applicatione, proueniat utilitas. Ita vero, hac instituta mentis atque intentionis auctoris cognitione, verum scriptae rei sensum assequimur, quippe illa, quemcunque alium sensum, tanquam impossibilem excludit, ita, ut de facta nostra interpretatione certi sumus. Quotiescumque enim perspicitur, rei aliquius contrarium impossibile esse, toties nostra rei illius cognitio, redditur certa, quia extra omnem oppositi formidinem positi sumus. Oritur inde *certitudo hermeneutica*, quae est *cognitio certa de verborum significatiibus, quibus quis intentionem suam animique sui sensu declaravit*.^{a)} Quod autem sensus, quem quis regulis nostris adhibitis, ex scripto quodam produxit, tantum verus sit; virus quisque facile largitur, qui nostram huius rei vberiore demonstrationem perlegere, non deditur. Faciamus itaque periculum, attamen unius regulae exemplum tantum proferemus; cum quod de una regula doceatur, de reliquis omnibus facile doceri, et a quolibet vel primo intuitu perspici possit. Regula nostra quarta est: ^{b)} *Verba scribentis secundum eius sensu arque intentionem alibi declaratam esse interpretanda: demonstrandum, itaque erit, omnem alium sensum, qui eidem, quem secundum priora requita elegimus, repugnat, plane impossibilem esse. Ut autem opinio- nis nostras veritas, tanto clarius clucesset, nostram probationem de-*

mon-

monstratione, vti vocant, apagogica peragere, animus nobis est, prae-
cipue cum id impossibile a Philosophis dicatur, quod contradictionem
aliquam involuit.^{c)} Assumamus hypothesin, duos in uno eodemque
loco sibi oppositos sensus, scriptori adscribi posse. Quo assumto po-
sitioque videamus, quid factum sit, quando locus quidam ab auctore
non satis determinatus, secundum eius finem atque intentionem alibi
expositam, explicatur. Nemo est, qui negabit, nos tunc verbis scri-
bentis easdem iuxuisse ideas, quas cum iisdem iungi, ipse voluit.
Quid vero vicissim eueniet, quando eundem locum contra scribentis
finem et intentionem, alibi nobis cogniram, interpretainur? Tunc
certe in aprico est, nos longe alia tribuere signis signata, quam ipsis
auctor nibui voluit. Priori itaque casu hoc auctorem voluisse, poste-
riori idem iterum noluisse, demonstratur. Porro autem per hypothe-
sin assumtam, duas hasee diuersas interpretandi rationes aequa possibi-
les esse constat: quo non potest non concludi, auctorem simul idem
voluisse et noluisse, vel potius hanc vel illam scribentis mentem simul
esse, et non esse; quod tamen secundum Philosophorum principia,
impossibilitatis noram prae se fert, quia vna harum idearum, alteram
destruit. Vnde satis superque patere arbitramur, sensum, quem con-
tra nostram regulam auctori adscribimus, plane impossibilem esse, haec
que ratione, cognitionem illam certam oriri, quam vocauimus certi-
tudinem hermeneuticam.

a) HOLL.M. I. c. P. II. C. III. §. 227.

b) §. 22. h. diff.

c) WOLFF. Log. P. II. S. I. C. I. §. 518. et HOLL.M. Metaph. P. I.

C. II. §. 52.

§. XXVII.

Interdum vero cum fieri soleat, vt talis certus, quem desiderau-
mus, sensus, omni licet adhibita solertia arque opera, erui nequeat,
oritur inde quedam incertitudo; quando scilicet auctor, nec alibi fa-
cis mentem suam declarauit; nec reliqua circumstantiae, tum textus,
tum analogiae systematis, indicia satis certa nobis exhibent, ex quibus
sensum quendam certo colligere possumus, tunc nostra interpretatio
non nisi *probabilis* erit, quia tantum nititur rationibus insufficienti-
bus,^{a)} nimisq[ue] coniecturis, quae tamen reliquis circumstantiis non
repugnant; adhuc itaque non nulla, quae nobis aliquo modo persuadent,
cum sensum, quem ex aliis elegimus, verum esse; ea vero, quae in-
time nos conuincunt, seu potius rationis sufficientes, desunt.^{b)}
Quando itaque sensum aliquem cum reliquis scripti circumstantiis con-

Quid proba-
bilitas herme-
neutica?

spirare perspicimus, licet aliis non minus sit possibilis, existit illa *probabilitas*, quae dicitur *hermeneutica*. Quilibet simul primo statim intuitu cognoscit, cum totius probabilitatis hermeneuticae fundamentum sit, *convenientia circumstantiarum in scripto concurrentium cum sensu nostro assumto*, dari quoque diuersos eiusdem gradus. Quo plures enim adsumt circumstantiae, quae cum sensu nostro tanquam hypothesi conueniunt, eo *probabilior* nostra redditur explicatio, et vice versa, quo pauciores respondent, circumstantiae, eo minor quoque adest probabilitas. ^{c)} Quia in re, id tamen probe notatum velim, ne vnicum adsumt requisitum, quod certitudinem hermeneuticam efficiere possit; innumerae licet existent rationes insufficients, nostrae interpretationi maxime fauentes, omnis nihilominus probabilitatis euaneat idea, quia statim apparet, posito certitudinis requisito, omnem alium sensum plane impossibilem esse, atque terminos probabilitatis superatos.

a) WOLFF. Log. P. II. S. I. C. III. §. 578.

a) HOLLM. Log. P. II. C. III. §. 229.

c) WOLFF I. c. P. II. S. I. C. III. §. 579.

§. XXVIII.

*Huius sectio-
nis finis.*

Fatendum quidem nobis est, adhuc plura de hac materia non solum dici posse, sed et debere. Sed quia tum propositi nostri ratione quoque virium nostrarum modulus iubent, ut hic persistamus, filumque nostrarum meditationum abrumpamus; ad reliquas philosophiae rationalis partes, quae desunt spectare, et ex regulis principiisque a nobis prolatis, facilissimo iudicari posse negotio, nosque ab omni obscuritate, nimiaque breuitatis vitiis liberatos, existimamus. Pedem itaque hic figimus, tramitemque, quem pro instituti nostri ratione ingredi coepimus, sequimur; iis que sequuntur paucis prolatorum principiorum usum et applicationem ad Leges humanas positivas demonstraturi.



SECTIO

S E C T I O N I I
APPLICATIONEM PRINCIPIORVM
PHILOSOPHIAE RATIONALIS AD LEGES
HVMANAS POSITIVAS EXHIBENS.

C A P V T . I.

D E

GENERALIBVS LEGVM INTERPRETA-
TIONIS PRINCIPII.

§. XXIX.

Tandem secundum instituti nostri rationem ac ordinem, illud attin-
gimus caput, quo paucis eorum principiorum, quae nos philo-
sophia rationalis docet, ad leges applicationem ostensuri, hasque ex nem, vbi simul
illis optime explicari posse, demonstratur fumus. Antequam autem quādām de in-
hoc aggrediamur, non immerito generaliora quadam interpretationis Legum necessi-
tudine principia praemittenda, similique num tota Legum interpre-
tatio adeo necessaria sit, discidiendum est. Posteriorius quod attinet mul-
titus iisque grauiissimis argumentis demonstrari posse arbitramur; quae
quidem omnia hoc loco proferre, cum minis prolixum esset, unum
eorum idque primarium tantum allaturi fumus, ex ipsa Iurisprudentiae
natura ducum. Definitur autem iurisprudentia ab omnibus fere
ICtis, *civilis prudentia ius ad actiones in ciuiti societate obuenientes*,
iusta interpretatione applicandi;^{a)} ex qua definitione necessitas inter-
pretationis facilime colligi potest; iusta namque interpretatione leges
applicari debent; unde liquet solam Legum scientiam nullo modo suffi-
cere, sed requiri, vt illarum mentem veram et rationem probe intel-
ligamus; cum is omnino Iustitiae sacerdos appellari non mereatur,
qui Legum verba memoria tantum tener, quia *scire Leges*, teste
CELSO^{b)} non hoc est, *verba earum tenere, sed vim et potestatem;*
quare multi iuris perito, qui hanc vim et potestatem non tenet, nomen
Leguleii, cum CICERONE,^{c)} dudum ac recte tribuerunt. Aliud
adhuc argumentum, ex quo interpretationis legum manifesta utilitas
cognoscitur, inde desumi potest, quod actiones hominum morales
tam variae sint, vt fieri nunquam possit, vt Legislator in lege quadam
ferenda, IVLIANO docente,^{d)} omnium earum rationem habeat,

Transitus ad
hanc sectionem
quādām de in-
terpretationis
Legum necessi-
tate proponun-
tur.

omnesque casus praeuideat, iisque singulis, singulas regulas praescribat. Quia proper necessitate est, ut omnibus circumstantiis probe consideratis iusta interpretatione, ne quid iniquitatis contra mentem et rationem legis statutatur, addamus ac suppleamus, quod legibus latius adhuc deest, iisdemque verbis exprimi non potuit. Inde jam necessitas cum utilitate coniuncta interpretationis Legum, et eorum simul, qui hoc modo ius dirigunt atque explicant, praefatia, satis¹ quod opinor, appetat, quod et POMPONIVS probat; *Quantum enim inquit, e² est ius in ciuitate esse, nisi sint, qui iura regere possint, nam ius consarcere non potest, nisi sit aliquis iurisperitus per quem possit quotidie in melius produci.*

- a) LAVTERB. Colleg. Pand. L. I. Tom. I. n. 4.
- b) L. 17. ff. de LL.
- c) Lib. I. de Orat. l. 55. XXXIX
- d) L. 10. ff. de LL.
- e) L. 2. §. 13. ff. de orig. Iur. §. XXX.

Definitio interpretationis Legum.

Satis ostensa interpretationis Legum necessitate et utilitate, sequitur, vt quid ea sit, exponamus. Cum vero iam affirmauerimus, Philosophiam rationalem omnia interpretationis principia praebere, ita tamen, vt ea quilibet interpretum ad peculiarem suam applicet scientiam, interpretationis quoque nostrae definitio, ex eadem perenda erit. Interpretationem autem in genere, vberiorem mentis alicuius scriptoris expositionem, definitius³ quare specialis interpretationis Legum, vberior mentis, aut si manus, rationis Legum exposicio, non minus definienda erit. Distinctionem autem inter expositionem grammaticam, qua quis ad verborum tantum respicit significatum; et inter logicam, qua mentem et rationem scribentis explicamur, ^{b)} sic observabimus, vt hanc postremam speciem, tantum pro scopo simus habitu; licet negandum non sit, quod is, qui grammaticae exponit non nunquam interpretis nomine veniat, iudice CICERONE, qui dicit: ^{c)} nec exprimi et verbo necesse erit, ut interpretis indiscreti solent, cum sit verbum, quod idem declareret magis minusve restatum; eo itaque significari Iurium interpretem accipiemus, quo idem laudatus CICERO vtitur, quando ait: ^{d)} Legum Ministri Magistratus, Legum interpretes Iudices.

- a) §. 4. h. diff.
- b) §. 5. h. diff. et FRANC. HOTOMANNI Ictus.
- c) De Finib. bon. et mal. L. 3.
- d) Orat. 14. pro A. Cluent.

§. XXX.

§. XXXI.

Duplici vero ratione Legum interpretatio suscipitur, vel ab ipso Interpretatore, quando insignis quaedam Legis obscuritas postulat, ut ille *legum divisor*, ostendat, quomodo ea intelligi debeat; ^{a)} vel a Iuris, qui mentem legis, verba rationemque perferendo, eritane atque docent. ^{b)} Enata inde est interpretationis diuisio in *authenticam et doctrinalem*; prior est; *qua ipse Legislator sua voluntate veram legis mentem uberior exponit*; posterior vero, *qua Iurium periti dicto modo veram alicuius legis mentem uberior expositam tradunt*. In hac ultima interpretationis specie, nostri conatus iam versabuntur, eiusque fundamenta ex philosophiarationali haurienda, exsequentiibus patet. Quod enim ad *authenticam* attinet, quippe quae spectat ad Legislatoriam prudentiam, nec nullus nec nos affirmabimus, eam tantum logices principia profundamento agnoscere, imprimis cum *ipsae leges*, ^{c)} eidem fontes longe alios tribuant.

a) L. f. §. I. C. de LL.

b) LAVTERB. Coll. Pand. L. I. T. I. n. 8.

c) L. 37. ff. de LL.

§. XXXII.

Nobis tota nostra tractio de Legum interpretatione sollicitis haud incongruum videtur, lectores nostros certiores reddere; quo sensu hoc loco *Lex* a nobis accipiatur. Quod enim varios diuersosque vox *Legis* etiam in iure admittat significatus, ^{a)} nemini incognitum, esse, credimus; sumitur nimurum, vel pro quadam regula aut conventione; ^{b)} vel pro quadam iuris romani specie, a Populo Romano ritu solemni in comitiis constituti; ^{c)} vel tandem generaliter, pro omni iure scripto, quatenus iuri non scripto opponitur; ^{d)} in quo ultimo significatu, nos etiam legem accipimus, ita ut ea significeat, quamlibet normam a superiori quocunque modo praescriptam, inferiores ad obsequium obligantem. Dicimus quocunque modo praescriptam, quia leges multifariam in Republica sanciuntur. Fieri enim potest, ut princeps, aut is, peres quem est maiestas, voluntatem suam sanctione quadam subditis ipse declarer, legesque in sua republica et territoriis condat nouas, quae *domesticae* vocantur; ut sunt in Imperio nostro Romano-Germanico, Recessus Imperii, Aurea Bulla, Capitulationes Imperatorum, Ordinationes, aliaeque constitutiones; vel etiam, ut alias ab exteris saluberrime conditas recipiat, iisdemque facta illa receptione omnem Legis vim tribuat, quas *leges receptas* vocamus; cuius rei exemplum, nobis non solum Romana illa res publica, quae Leges Graecorum recepit, sed etiam Imperium nostrum Rom. Germanicum sicut, in quo

Quid sub Legum denominazione vere neut.

leges

Leges Iustinianae aliasque receptas noscimus; quare sub Legum nomine comprehendimus, tam domesticas, quam receptas.

a) Vid. Excell. D. ZOLLERII Disp. de lege sibi dicta.

b) L. 39. ff. de paet. et 1. 7. §. 8. ff. de donat. int. vir. et ux.

c) §. 4. I. de I. N. G. et C.

d) LAVTERE. Coll. Pand. I. T. II. n. 9.

§. XXXIII.

Cur etiam receptas inter leges receptas interpretari debeamus? Ad id autem iam iis, quae dixi, pretari debemus responsum esse existimo; quis enim est, qui ex notione Legum receptarum non perspiciat, eas in illa republica, ubi receperas sunt, certam quandam iuris facere partem, aequa ac Leges ipsae constituta? Quo posito, simul liquer, eas non minus interpretandas esse; quoniam ad id quoque pertinent, quod Iurisprudentia pro objecto habet, et hominum actiones secundum eas, etiam instituendae sunt. Est itaque harum Legum interpretatio maxime necessaria; quod uberior adhuc perspicies, si perpendas, has leges, ab aliis et in alio reipublicae statu conditas, non in omnibus statu nostro conuenire; hinc vel lana ratione suadente, ut earundem veram et genuinam mentem probe cognitam habeamus, ut ea perspecta, tanto rectius, et an quatenus statu nostro conueniant, iudicare queamus, ipsa salus publica postulare videtur.

§. XXXIV.

De Legum receptione in Germania.

Cum non solum nobis nati sumus, sed et ortus nostri partem patria sibi vindicet,¹⁾ vt in primis nostram in illis Legibus operam ponamus, quibus illa regitur, acquitati conuenit. Nec nos a scopo nostro aberrare credimus, si paucis consideremus, *quid de Legum receptione in patria nostra, Imperio Romano Germanico sentiendum sit*: cum iam probauerimus, in quaenque republica Legum receptarum interpretationem necessariam esse. Nobis tamen animus non est, omnia Legum in Imperio nostro receptarum fata pluribus tradere, quippe quod a nostro proposito, plane alienum fore: sufficiet leges non nullas dari receperas ostendisse, earumque factam receptionem probasse. Duplici autem ratione leges possunt recipi; vel enim tacite, quando is, qui iure gauder prohibendi permittit, vt subdit actiones suas secundum iura extranea dirigant, et hac permissione, tacitum suum consensum, cuius eadem via est ac expressi, declarat, nullus dubitabit, quin illa lex a Legislatore tacite approbata eandem deinde habeat

habeat vim, quae legibus ab ipso conditis inesse solet; ceu hoc demonstrant ea iura, quae per consuetudinem introducuntur, quorum aliud fundamentum non est, nisi idem tacitus principis consensus;^{b)} vel *expresse* recipiuntur, quando legislator sanctione quadam expressa praecepit, ut secundum legem quandam extranam iudicetur atque pronuncietur; quo facto lex illa recepta non amplius tanquam *lex aliena*, sed tanquam norma ab ipso superiore nostro praescripta, nos obligat. Variis autem argumentis ostendi potest, illam iurium speciem, quae tantam sibi in omnibus fere terris ac rebus publicis conciliauit auctoritatem, videlicet Ius Romano - Iustinianum, duplice modo, in Imperio nostro receptum fuisse. Quam in rem, quod ad *tacitam* eius attinet *receptionem*, allegare iuuabit testimonia, non demum nostro tempore orta, quibus illius iuris principia, apud nos in usum venisse, ac instrumentis publicis inferi, tandemque in academiis publice doceri coepisse, probatur;^{c)} contra vero quod ad *expressam receptionem* spectat, eam non minus non nullae Leges Imperii publicae demonstrant,^{d)} quas hoc loco allegare magis, quam ipsis verbis commemorare, fas est. Ast hanc iurium speciem non solam, Germaniae Proceres receperunt: sed aliud adhuc ius, *Pontificium* siue *Canonicum*, non infimum itidem apud antistites nostros obtinuit locum. Principes enim et status Imperii, dum statuerent, ut in causis controversis secundum illud pronunciaretur, idque in academiis, quod earum privilegia et statuta testantur,^{e)} doceretur, atque I. V. Doctores, ciuilis atque canonici, quod adhuc hodie sit, crearentur, hoc iustum *tacite* adoptarunt; quam *expressam* eius *receptionem* variis constitutionibus declararunt.^{f)} Sufficient haec de Legum in Germania receptione: plura qui desiderat, mentem ad iurium historiam conuertat. Nos eo contenti sumus, quod demonstrauerimus, dari apud nos leges receptoras.

a) CICERO L. I. Offic.

b) Lauterb. Coll. Pand. L. I. T. III. n. 4.

c) HEINECC. Hist. Iur. L. 2. C. 3. §. 59. 64. 95 seq.

d) Ord. Cam. de A. 1500. §. 18. Conf. Crim. Carol. A. 117. 135. Conf. Max. I. de Not. §. 1. 3.

e) HEINEC. L. cit.

f) Ord. Cam. de A. 1555. P. I. T. 13.

§. XXXV.

Dicitis tamen addendum est, quousque iurium receptorum vis *Quousque haec iura recepta atque valor in Germania sese extendat; num tantus sit, ut omnes con-*
sint?

D

possint,

possint, et praerogativa quaedam peregrinis illis Legibus, praे omnibus nostris, tribuenda sit: an vero tantum, vii loquuntur, in subsidium sint receptae, ita ut ad priuatorum solum spectent causas? Quae res in primis quoad ius Iustinianum, tribus his regulis confici potest. Prima ita fere habet: *Ius Iustinianum receptum est, tanquam ius priuatum ad decidentias ex illo tantum causas et controversias priuatorum;* quo praestructo, nullum illius esse usum, in decidendis causis Imperii publicis appareat, ^{a)} quippe quod Legibus antea commemoratis, ^{b)} quibus Imp. Rom. Germanici illam iurum speciem, tanquam ius priuatorum receperunt, apprime probatur. Secunda hic notanda regula haec est: *receptum tantum illud est in subsidium, quatenus deficiant leges et consuetudines domesticae.* ^{c)} Ultima denique: *eatenus tantum in Germania receptum est, quatenus statui eiusdem conuenit.* ^{d)} Ex quibus collectis facile iudicari potest, quanta iurum ciuilium apud Germanos sit auctoritas. Quod vero ad Ius canonicum attinet, eadem propemodum ratione, ac sub iisdem fere circumstantiis, vii ius ciuilis, illud receptum fuisse, affirmari potest. Neminem enim fugit, ius *Pontificium* liberos Germaniae Status, vi propriam neutiquam obligare posse, sed eatenus tantum, quatenus illud sponte in usum vocarunt. ^{e)} Quare omnino liquet, quod eius applicatio in iis solummodo casibus locum sibi vindicare possit, quibus libertas Germaniae, eiusque ecclesiastica salua maneat; licet Pontifices summo studio eo allaborauerint, ut superioritatem quandam in Imperatores Romano-Germanicos sibi acquirent. ^{f)} Pontificum itaque canones non minus in subsidium, ^{g)} in iis causis, tam ecclesiasticis, tam ciuilibus, vbi maiorem, quam ius ciuilis, aequitatem arque pietatem praeseferant, tantum applicari possunt; in primis apud imperii Status Protestantes, licet Romano-Catholicos, quoad causas ecclesiasticas, longe alio ex capite obligare, inter omnes constet.

a) LAVTENSACKII Diff. de inepta ratione decidendi controversias iuris publ. ex LL. Rom. et Iure Canon. Erford. 1710. ed. et GRÜBNERI Diff. de praiejudiciis principium imperii exabusu Iur. Rom. Iustiniani Witteb. 1715. edita, et SPENERVS Iur. publ. germ. L.I.

C. 12. §. 4. 5.
b) §. praeced. L. diff.

c) Ord. Cam de A. 1555. P. I. Tit. 13.

d) SINCERTI S. CULPISII Diff. epist. de germ. LL. vet. ac Iur. rom. in nostra republica origine. HIDEIMANNI Diatri. hist. iurid. de receptione iuris rom. ac LL. germ. veter. in foris ysu ae autoritate praefenti.

e) RETHIL diff. de autoritate Iur. Can. inter Aug. Conf. Confortes.

f) ill.

- f) III. MOSCOVII Ius publ. L. I. C. 4. §. 6. et HOERPMANNI Pro-
gramma inaug. de Iur. Can. praeiudicis in causis publ. S. R. I. Fcf
ad Viad.
g) WERLHOFII Specimen 1. Not. S. R. I. enucleatae.



CAP V T II.

D E

INTERPRETIS LEGVM REQVISITIS.

§. XXXVI.

Sed reuertamur ad scopum nostrum, postquam oculis tantum quasi *De Legum interpretis requisito L* fugitiis Legum naturam, earumque in Germania factam receptionem considerauimus, illudque negotium aggrediamur, quo interpretationis iuridicas principia, ex philosophia rationali perenda, simus demonstraturi; eo propemodum seruato ordine, quo sub initium dissertationis, logices principia protulimus. Primum vero, quod hac in re nostrae considerationi sese offert, est *persona interpretis eiusque requisita*. Prout autem in genere, interpretis nomen illum promereri, diximus, qui *sensum scribentis verum ex scripto quodam assequi studet*, sic Legum interpres, secundum illam generalem logicam descriptionem, ille erit, qui *sensum verum alicuius legis assequi cupit*; quia Legum doctrinalis interpretatio, vnicce in eo versatur, ut mens legis eruatur. Merito itaque in Legum interprete idem requisitum, quod in quoconque alio primum postulamus, locum sibi vindicabit; ut nimirum, *candom linguam calleat, qua lex interpretanda scripta est*. Legislator enim, dum legem tulit, voluntarem suam, ut aliis scriptor, certis quibusdam signis, videlicet vocibus, declarauit, quas ut interpretis intelligat, necesse est; quia si linguam illam ignorat, legis illius ne quidem grammaticam expositionem; multo minus deinde interpretationem logicam, cum successu suscipere poterit.

§. XXXVII.

Primum interpretis requisitum solutimodo ad Legum expositionem grammaticam pertinebat; progedimur nunc ad ea, quae ad suscipiendam earum interpretationem logicam, quam alii, *dialecticam vocare solent,*⁹⁾ requiruntur. Cum vero in priori nostra sectione, in quolibet interprete desiderauerimus, ut *illius scientiae, ex qua res scripta profecta est, fontes probe cognoscat*; dubitandum non est, quin et

Legum

Legum interpres, iurisprudentiae fontes probe cognitos habere, iurisque peritus esse debeat. Quidquid enim in genere, tam de quolibet interprete, tam de quaunque scientia valet; id in specie quoque de iurium scientia illorumque interprete non potest non valere. Quae cum iuris fontes, operae pretium esse duco, praecipuos iurisprudentiae fontes, ex quibus omnia, quae hic desiderantur, haurienda sunt, paucis aperire. Primarium autem omnis iurisprudentiae principium et fontem, lex illa diuina vniuersalis, quae *Ius Naturae* vocatur, constituit; quippe quae, solo sane rationis dictamine, quid iustum, quidque iniustum, a quo cuncte hominum, absque omni alio administriculo cognoscitur, et quae omnibus legibus positius humanis praebuit fundamentum; quia hominum ad iniusta et illicita peragenda proclivitas, nec non, exortis societatis cibilibus, corum, quae secundum rectam rationem aqua et inqua sunt, iustae cognitionis defectus desideraret, ut legibus ciuilibus ea omnia curatius distinctiusque exprimerentur et stabilirentur.^{b)} Vnde humanae leges enatae, quae huic iuri naturae, tamquam legi a summo legislatore Deo conditae,^{c)} originem debent; ideoque nihil contra huius naturalis iuris principia continere possunt, quamquam praeter illud non nulla quandoque statuant; quod ICrus VLPIANVS satis accurate docet,^{d)} dum dicit: *Ius civile est, quod neque in totum a naturali vel gentium recedit, nec per omnia eidem seruit.* Quibus perspectis atque perpenfis, *Ius Naturae*, non immerito fontibus iurisprudentiae ciuilis primariis, adnumerandum est.^{e)} Cum itaque, quod modo dixi, necessarium fuerit, ut praeter leges naturales, aliae adhuc ferrentur; secundo loco has *latae humanas*, fontibus iurisprudentiae accessemus. Munus enim ICTORUM in eo consistit, ut leges praescriptas ad hominum facta applicent, quod fieri nequit, nisi easdem habeant cognitas, et inde perspiciant ea, quae ab hominibus, indirigendis illorum actionibus, sint obseruanda. Multum deinde utilitatis, quod nemo diffiteretur, ad felices in Legum scientia faciendo progressus, praefast historiae cognitionis, qua de Legum existentia, ortu atque progressu certiores reddimur; vnde pro tertio iurisprudentiae fonte, *historiam iuris*, qua sine dispensio iurisperitus carere nequit, vnuquisque facile nobiscum venditabit. Ultimo tandem loco, nec forsitan sine ratione, fontibus illis adnumeramus, illius reipublicae, in qua lex interpretanda, sine domestica, sine recepta, valet, *status publici cognitionem*. Nam intuitu legum domesticarum, publicum reipublicae statum noscere ideo iuvabit, quia secundum eius conditionem conditae sunt: quod vero ad peregrinas et recepras leges attinet,

attinet, carum intuitu, status reipublicae cogniti utilitas, ex iis, quae supra tradidimus,^{f)} satis manifesta est.

- a) FRANC. HOTOMANNI ICrus.
- b) STRVII Syntagma Iurisprud. Ex. I. th. I.
- c) NIC. HIER. GVNDLINGII I. N. et G. C. I. §. IV.
- d) L. 6. pr. ff. de I. et L.
- e) §. 4. I. de I. et I. et IAC. FRIDER. LVDOVICI Delineatio Hist. Iur. diu. naturalis et positivii vniuersalis §. 5.
- f) §. 33. h. diff.

§. XXXVIII.

In quounque interprete tertio loco desiderauimus, ut *artis illius, De Legum in-*
ex qua res conscripta profluxit, principia et terminos technicos teneat; terprexis re-
vnde procul dubio et in nostro interprete, ut iurisprudentiae veritates quisito III.
et principia bene intelligat, verborumque in iure occurrentium artifia-
lens significatum sciat, requiretur. Etenim ex ipsa iurisprudentiae no-
tione,^{a)} qua Leges iusta interpretatione intelliguntur, apparet; quod,
nisi veritatem iuridicarum cognitionem supponamus, nunquam fieri
possit, ut quis verum et genuinum legis capiat sensum. Idemque me-
tuendum est, si quis legem interpretari velit: neque tamen, quid ver-
ba in iure significant, sciat. Nemo certe sibi persuadebit, quod Im-
*perator IUSTINIANVS Pandectis suis titulum de *Verborum significa-**
**tione*, sine vla ratione apponi curauerit. Quae res, ut eo clarior pa-*
pescar, ex ipso Corpore Iuris ciuilis desumtum proponam exemplum,
quod allegati tituli de V. S. initium statim exhibet, atque singularem
vocabulii cuiuscum signifikatum, a grammatico prorsus alienum demon-
*strat. Dicitur enim:^{b)} *verbum hoc si QVIS, tam masculos, quam foeminas sub se comprehendit.* Ex quo exemplo satis luculenter colligi*
potest, non nullis vocibus in legibus, pariter atque in aliis scientiis
peculiarem tribui significatum. Nullus enim grammaticorum prono-
men illud, QVIS, in masculino tantum genere positum, simul de foemino
genere explicandum putabit.

a) LAVTERB. Colleg. Pand. L. I. T. I. n. 4.

b) L. I. ff. de V. S.

§. XXXIX.

Iurisprudentiam veram, non simulatam esse philosophiam, VL. *De Legum in-*
PIANVS descriptione Iustitiae sacerdotum docet,^{a)} idemque CICERO terprexis re-
his probat verbis:^{b)} disciplina iuris penitus ex intima philosophia hau-
rienda est. Nonne igitur vulgarium illud, vtramque hoc loco faciet
paganam, quo principis logicis legum interpres bene sit instrutus: prae-
cipue cum interpretis ad officium pertineat, ut legis mentem perscrutetur

retur eruatque. Nolo equidem vberiorem huius rei addere probationem, dum idem a me iam satis superque demonstratum esse, silentioque nunc eo facilius praeteriri posse, arbitror; quo apertius vulgati illius veritas, tum ex ipsa interpretationis notione, tum ex stabilita, inter expositionem grammaticam, et interpretationem logicam, distinctione, colligi potest. Vnicum tantum exemplum, quo res illustreretur, adhuc addam. Habemus notissimum logicorum canonem: *quidquid valet de genere, valet quoque de specie, sed non vice versa;* utpote quam sedulo in iure obseruandus est,^{a)} vt eo neglecto, non nisi infelix interpretationis euentus sperari queat. Ac illud CICERO^{b)} dudum commendauit, quando scriptit: *Si ex contrariis legibus controversia nascatur, cum inter se duae videntur aut plures Leges discerepare, considerandum est, vera Lex de genere omni, vera de parte quadam; virum communiter in omnes, verum in aliquam certam rem scripta videatur.*

a) L.I. §. 1. ff. de I. et I.

b) Lib. I. de Leg.

c) Vid. IOAN. MERCERII Conciliator.

d) L. II. de inuent.

§. XL.

De Legum interpretationis requisito V.

Quintum, quod ab eo, qui aliquicu scripti interpretationem suscipit, philosophia rationalis requirit, est, *ut omni careat affectu.* Negandum quidem non est, primo intuitu videri, hanc regulam logicam, ad iurisprudentiam parum commode applicari posse. Artamen si dicendum, quod res est, maximam in iure praefastare vilitatem, affirmamus, quia idem, legum scientiae eiusque veritatis indagandis, per praeiudicia et animi affectus, quibus mens interpretationis capta, damnum inferri potest, quod eodem modo, aliis disciplinis afferitur. Virus quisque secum repertus quoquo, diuersas non nullarum legum interpretationes posse excoxitari, facileque ita eueniunt, ut eiusmodi iurium interpres praeiudiciis et affectibus praecoccupati, eam sibi legis interpretationem fingant, quam eorundem postulat affectus, haec ratione legem nonnunquam, propter faciendum quaestum, in aliorum dannum, rabularum more, teste TULLIO^{a)} peruertant.

a) L. I. de Orat. G. 55.

§. XL.

De Legum interpretationis requisito VI.

Vltimum denique interpretis requisitum, in eo ponendum esse reor, *ut ab omni abstineat emendatione et correctione.* Evidem non ignoro, multos eruditorum hac in re a me diffirent, legesque emendandi licentiam sibi adscribere; nihilominus dictae opinionis veritatem, extra omnem

omnem dubitationis alciam positam esse, firmissimisque argumentis demonstrari posse, omnino censeo. Magnam nostrae assertioni lucem iamiam accendunt, quae in priori huius dissertationis sectione hac de re proposuimus; ^{a)} sed ne crambem bis coelam afferam, ea, quae iam dicta sunt hic pratermittam, alia quedam, non minus firma, quibus nostra sententia nititur, quae supersunt argumenta, enarraturus. Quilibet interpretis officium considerans, quo mens, seu ratio legis erucenda, statim perspicit, nulla ratione eidem facultatem leges entendandi et corrigendi competere posse. Is enim qui alienius rei correctionem suscipit, sine dubio illam rem, eatenus mutat; quatenus ea, quae illi non satis accurate dicta videntur, in melius, quod opinatur, producit; inde non potest non sequi, emendatione facta existere rem aliquo modo mutatam. Adhibeamus autem id ipsum in legibus, et perspiciemus, admissa carundem correctione, statim cuenire, ut leges non minus mutatae deprehendantur. Iam videamus, utrum eiusmodi leges mutandi facultas cuiquam priuatorum concessa dici queat? Ego vero id nemini licere posse, firmiter statuo. Quando quis verba legis, quicquam iis addendo, vel delendo, emendar, et hoc modo mutationem suscipit; nemo dubitare potest, quin talis legum emendator maxime violer iura maiestatica; quia lex principis voluntatem in se continet, quam si quis priuata auctoritate, inscio ac inuitu superiore mutare audet, in hunc ut iniurius fiat necesse est, cum ipse novam faciat legem interpres, iurique principi proprio, quod maiestati cohaeret, detrahatur, siveque officii, quo et hanc emendatam legem immutaram et illibata seruare tenetur, prorsus obliuiscatur. Tandem ex effectu, quem haec licentia, si eam priuatis concedamus, producit; nostrae opinionis veritas, oppositae autem falsitas, luculentem colligi potest. Ceterum enim quam quod certissimum est, innumeris disensibus ac incertitudinibus apertissimani eo ipso viam aperiri; quia ICri leges, cum non ubique in eadem versentur opinione, secundum hypothesis, quas souent, diuersitatem, non solum explicarent, sed etiam emendarent, totamque iurium faciem, incertissimam maximeque dubiam redderent. Cum vero reipublicae salus, ob quam omnes leges latas sunt, requirat; ut iura sine certa, satisque determinata, fieri non potest, ut ab iuriis cuiusvis interpretis arbitrio pendeat, leges pro lubitu emendari aut mutari. Denique ipse Imperator IUSTINIANVS, pluribus uno loco ICris expressis verbis, haec libertatem plane admetit, omnique obscuritat ac incertitudini fortassis oriundae, medelam attulit; dum facta legum ex veteribus codicibus collectione prohibuerit, ^{b)} ne quis ex veteris

veteris voluminis comparatione, quasi vitiosam scripturam arguere audeat: ut et si aliter fuerint apud veteres conscripta, in contrarium autem in positione inueniantur, nullum scripture crimen imputetur, sed haec electioni nostrae adscribatur; simulque eorum interpretationem sibi reseruauerit.^{a)} Quinimo ICTis ne quidem facultatem commentarios harum legum scribendi concessit Imperator, ne rursum occasio seditionis et dubitationis daretur;^{d)} vnde certo concludi potest: quando id, quod minus est, ICTis non licet, id, quod maius, iisdem tanto minus licebit. Sed audio'aduersarios obiciientes, secundum nostram sententiam in librariorum arque eorum, qui male scribendo, leges optimas corrumpunt ac intervertunt, errores iurandum esse. Attamen quam facillime huic obiectioni obuiam ire possumus, ostendentes, qua ratione talium legum, quas virtus typographorum corruptas credunt, insignis obscuritas, sine emendatione a priuato suscipienda, tolli possit. Primum, quo in hac legum ambiguitate vtendum est, medium in eo consistit, ut omnem nauem operam, veram et genuinam mentem, adhibitis omnibus hermeneutices adminiculis, nihilominus eruerdi, obscuritatemque tollendi. Quae si non sufficient, tum leges ipsae, tum sana ratio, aliud medium omni exceptione maius, suppeditant; adeundus est princeps, et ab eo huius legis explicatio expectanda; quilibet enim optimus verborum suorum interpres est, quia his, tanquam signis, voluntatem suam declaravit, quasi nobis obscura videantur, non possunt melius, quam ab eodem explicari; quod nec in legislatore seclusus esse potest, cum hic alias deterioris esset conditionis, quam priuati. Sed nec alia est legislatoris voluntas, quam Imperator IVSTINIANVS his verbis disertis praescripsit:^{e)} Si quid forte ambiguum fuerit visum, vel litium certarib[us], vel bis, qui rebus iudicandis praefunt; haec Imperator interpretabitur recte, nam haec facultas ILLI SOLI a legibus permitta est. Vnde patet non immerito a nobis affirmari in eo casu, quo doctrinalis interpretatio non sufficiat, auxilium ab interpretatione authenticā petendum esse. Duplici vero ratione princeps interpretatur, vel voluntatem suam alia quadam lege expressa et quidem nouiori clarius exponit; vel consuerudine quadam introducta patitur, ut lex obscura clarius reddatur, quia consuetudo est optima Legum interpres.^{f)} En itaque optimum obscuritatem Legum tollendi confilium, quo Sacrae Maiestatis palatum introcendum, et principis expressae vel tacitae declarationi Lex ambigua est committenda.^{g)}

a) §. 4. h. diff.

b) L. I. §. 7. C. de V. I. E.

c) L. 3.

c) L. 3. §. 21. C. eod. et L. f. §. I. C. de LL.

d) L. 3. §. 21. C. eod.

e) d. I. 3. §. eod. C. eod.

f) L. 37. ff. de LL.

g) RICHTERI Disp. 18. Sel. Iur. Princ. §. vlt.

C A P V T III.

D E S I C C A T I O N E

LEGIBVS I N T E R P R E T A T I O N I S

I V R I D I C A E .

§. XLII.

Expositis iis philosophiae rationalis principiis, quas officium et personam interpretis concernunt; ordo a nobis electus, nunc poscit, ut eas regulas, quas *interpretationis leges* vocavimus, quibus etiam in nostra interpretatione opus est, tradamus. Primum vero, quod sese nostrae contemplationi offert, ea quaestio est: *an cognitione auctoris in explicandis atque interpretandis legibus multum praeferset utilitatis?* Scimus equidem, multos iurium Doctores in ea versari opinione, ut statuant, omne interpretationis iuridicæ fundamentum, in eo positum esse, ut certiores simus: quis auctor legis, et cuinam sectas addictus fuerit? Parum tamen illam auctoris cognitionem iuuare et ad rem facere, sed tantum quandoque illustrare affirmamus, idque rationibus quibusdam haud spernendis corroborabimus. Nullam legem sine voluntate ac iussu imperantis, in republica condi aut existere posse, tralatitudine est; quare, cum haec facultas aliis normam praferibendi, soli principi iure competat, necesse est, ut quaelibet lex principem solum habeat pro auctore. Idque magis adhuc notio legis in genere, quam Icti tradunt, confirmat. Cum autem is, qui proprie, legis auctor dici meretur, omnibus iamiam sine longa erudita et scrupulosa indagatione cognitus sit; non est, quod alium legis auctorem scire arque cognoscere cupiamus. Verum enim vero negari nequit, principes in ferendis legibus, ita non procedere, ut ipsi legum verba condant atque conscribant, sed hocce negotium aliis Ictis, vel Consiliaris relinquant. Nonne inde argumentum aliquod nobis contrarium deduci potest? ast valde dubito, quia is, qui iussu principis legum verba componit, seu cogitata principiis in scripturam redigit, non tam legis, quam elaborationis auctor nominari meretur.

E

§. XLIII.

§. XLIII.

Nec in recep-
tis.

Quae quamvis ira se habeant, multi tamen existimabunt nostram assertiōnēm; quoad leges receptas restringendam et limitandam esse, cum in his interpretandis, multrum lucis omnia afferri, sibi persuadent scire: quis auctor legis, quasque philosophorum opiniones sectatus fuerit; in primis in iure *Romanō*, quod ex tot veterum ICtorum sententiis conflatum est. Sed nec in his legibus illam auctōris cognitionem aliquid efficere posse, sed tantum illustrare, ipsa Imperatoris **IUSTINIANI**, cui leges illas debemus collectas, constitutio declarat, qua fatetur: ^{a)} quod reverentiam tantum antiquitati habuerit, *ne nomina prudentium taciturnitati traderentur*; attamen nemini hinc id, quod in veterum codicibus alter positum esset, propter antiquitatem mutare. Quia propter nos eo maiori fiducia, et ipso Imperatoris praesidio muniri, auctōris cognitionem, etiam in his legibus parum, aut nihil operari; sed apposita nomina, memoriam veterum ICtorum, aliorumque iuris auctōrum conservare, affirmamus. Si quis autem est, cui haec nostra demonstrandi ratio, nimis specialis videatur, quia omnis argumentandi vis, a laudata Iustinianea constitutione praecepit pender; ille in genere obseruet velim, nullam legem exoticam in republica quadam ciues vi propria obligare, id est, quod hunc vel illum pro auctōre agnoscat; sed propter receptionem ab eiusdem recipublicae superiore factam. Quo posito, prono, quod aiunt, alueo fluit, nos impune legis alicuius receptae auctōrem ignorare posse, cum princeps, qui eandem recepit, pro solo veroque illius legis auctōre sit habendus. Tandem pro nostra sententia, in primis quoad ius *Iustinianum*, non parum facit eorum Doctorum opinio, ^{b)} qui statuunt; leges quas in Pandectis reperimus, nihil aliud esse, quam reliquias veterum ICtorum, ita ut quanquam *leges* vocantur, tamen *non sunt*, nec vlla consecutio ex illis fieri possit; unde concludimus, licet non penitus illorum sententiae subscriptibamus, ^{c)} parum prodeste interpreti, scire quis legis fuerit auctor.

a) L. 2. §. 10. C. de V. I. E.

b) Vid. Excell. 10. AVG. BACHII Diff. de Iure Transactionis super controvēsiis ex testamento non cognitis tabulis. §. VI. ibique cit. Gerardus Noodtius.

c) Propter arg. §. 8. Inst. de I. N. G. et C.

§. XLIV.

Singula verba
LL. sunt con-
interpretationis tribuimus; in quibus tractandis eum, quem philo-
sideranda,

phia

phia rationalis desiderat ordinem seruabimus, quo ante omnia de *quales ideas singulis verbis* agemus. Omne enim scriptum ex verbis singulis con-^{vel terminos}flat, quae ut rite cognoscamus, antequam totius scripti contextum in ^{Sub se comprehendant.} interpretatione secus-
terpretamur, ita iubet ratio. Idque in legum interpretatione secus-
esse non potest; quare in hac non minus, primaregula est; *ut perpen-*
damus, quid sub singulis signis, quibus legislator mentem suam declarauit,
latitet, et quenam ideae vel termini sub iisdem comprehendantur.
Nolumus interea hoc loco ea repetere, quae iamiam in priori sectione
de hac materia latius attulimus. Sufficiat itaque huius regulae utilita-
tem, et in iure intelligendo necessitatem, legum exemplis demonstrasse.
Sit nobis exemplo effatum GAI, qui dicit: *neque vſusfructus, neque iter actusue dominii mutatione amittitur;*^{a)} quae lex vix ac ne vix
quidem aliter, quam ope propositae regulae nostrae intelligi et ex-
pliari potest. Faciamus periculum, et quidem ne prolixiores, quam
par est, euadamus, vnicam illam propositionem, *quod vſusfructus*
domini mutatione non amittatur; in considerationem vocemus, quia
reliquarum interpretatio eadem ratione est suscipienda. Ponamus
autem in hac propositione, simplicem et vulgarem *vſusfructus* notio-
nem; quia nihil aliud, quam quocunque emolumentum, quod ex re
quacunque, aut eius occasione percipimus,^{b)} significat, sub *hac*
vſusfructus voce intelligi; lex nostra admissio hoc *vſusfructus* significatu
omni veritati contraria videtur, quia mutato seu perditio domino, *rei*
illius vſusfructus non potest superereste, cum *vſusfructus* hoc sensu
accepti, fundamentum sit, *dominium;* unde etiam a PAVLO,^{c)} *pars*
domini, dicitur. Sed cum disertis verbis dicatur, dominii muta-
tione *vſusfructum* non amitti, necessario requiritur, ut longe alia sub
vocabulo, *vſusfructus*, lateat idea, ex qua huius propositionis veritas
rectius pleniusque pateat. Notum vero omnibus est, qui Themidis
sacrarium a limine tantum salutarunt, dari adhuc alium huius vocis
significatum, quo *seruitus quaedam personalis, aliena revertendi, fruen-*
di, indicatur; quaeque alio, quam *dominio,* nititur fundamento. Ex
quibus colligi potest, duas diuerfas, sub haec voce, comprehendi posse
ideas, ita ut non unquam *terminum* vel *incomplexum*, vel *complexum*
nobis exhibeat. Cum vero ex iis, quae supra enarravi, elucet, haec
voce pro *termino incomplexo* accepta, GAI sententiam veritati re-
pugnare; sequitur ut eam pro *termino complexo* assumendam esse,
statuamus.

a) L. 19. ff. quib. mod. *vſusfr.* vel *vſ.* *amit.*

b) L. 10. §. 2. ff. de *Eideiuss.*

c) L. 4. ff. de *vſusfr.*

§. XLV.

Regula II.

Legislatoris veram mentem ex iis legibus, quarum interpretationem insinuimus, clariorem reddere cum cupiamus; *verba legum tamdu in nativo sensu et communis significacione erunt accipienda, quam du nullus inde recedendi adesse necessitas*; quia legis verba in communi ac vulgari significatu accepisse praesumendum est, is, qui legem rulit, donec alia lege, voci cuidam, propriam et peculiarem significacionem tribuente, proberetur contrarium. Optimum huius rei exemplum sifit, crux illa ICtorum quam vocant, videlicet effatum VLPIANI,^{a)} quo affirmat: *venire in hac actione, scilicet pignoratio, et dolum et culpam, ut in commodato, venire et custodiad; vim maiorem non venire.* Haec ita circa haec verba: *venit et custodia, multi iurium interpres, ita ut illis peculiarem, et a propria significacione prorsus alienum sensum tribuendum, vel totam legem corruptam existiment.* Sed non est, quod multis verborum ambigibus, huius legis interpretationem, nostra regula duce, suscipiamus; cum ab EXCELL. RICHTERO,^{b)} elegantissimum in modum demonstratum sit, retenta propria et nativa verborum significacione, sensum veritati, nec non analogiae iuris abunde conuenientem, ex hac lege deduci posse. Is enim, qui pignus accepit, praeter dolum et culpam, *ad rem oppignoratam custodiendam est obstrictus;* hinc nullam, a communi dictorum vocabulorum significacione recedendi, adesse necessitatem perspicitur, quod et negotii natura, qua creditor ad rem oppignoratam *in specie* restituendam tenetur, monstrat; unde non potest non sequi, ut rem diligenter creditor custodiat atque conseruet.

a) L. 15. §. 1. ff. de pign. act.

b) Disp. 20. S. I. Pr. §. 14.

§. XLVI.

Regula III.
et IV.

Atrium peritos varias ob causas, vel nouas struxisse voces, vel communibus peculiarem et a vulgari vsu diuersum tribuisse sensum, propter nouas, quas eruere veritates, rerumque multitudinem, supra monimus; fieri inde non potuit, quin ICtri eadem necessitate coacti, vel nouas sibi rerum fingerent notas, vel communibus singularem imponerent sensum, sive terminos, ut reliquarum scientiarum Doctores, construerent technicos; teste Vlpiano, qui insignem eiusmodi terminum technicum exhibet,^{a)} dum glandis nomine, *omnes fructus* contineri dicit. Colligi ex his potest, *terminos ICtorum proprios, in hac*

bac interpretationis specie, omnino secundum eorundem definitiones esse explicandos; qua in re Imp. Iustinianus filum nobis quasi Ariadnaeum Tit. Pandectarum de V. S. reliquit. Sed non minorem in iure utilitatem, regula nostra in superioribus quarto loco posita, praefabuit, qua considerandum, *an verba sint auctoris propria, an aliena;* quia in legibus non nunquam verba reperiuntur, quae in toto contextu, vim Legis non obtinent, in primis in iure Iustinianeo, quo Imperator multas veterum ICtorum controversias composuit, simulque contrariam sententiam, ut sua decisio clarior certiorque redderetur, allegavit; quam si promiscue pro verbis vim legis habentibus venditaremus, tantas sine dubio contradictiones iuri affingeremus, ut eidem nulla plane supercesset certitudo. Quid? quod veteres ICti, quorum sententiae in Digestis collectae reperiuntur, eodem modo quandoque processerint, et in responsis suis vel commentationibus, aliorum opiniones integrasque controversias retulerint, hisque suam tandem sententiam addiderint, tanquam decisionem. Cuiusmodi exemplum exhibet Lex illa, quadicepatur: *an refectio columnae, in seruitute oneris ferendi, domino seruienti incumbat, nec ne.* Verba Legis haec sunt: ^{b)} *Etiom de seruitute que oneris ferendi causa imposta erit, actio nobis competit: ut et oneraferat, et aedificia reficiat ad eum modum, qui seruiture imposta comprehensus est, et GALLVS putat, non posse ita seruitutem imponi, ut quis facere aliquid cogeneret: sed, ne me facere prohiberet. Nam in omnibus seruitutibus refectio ad eum pertinet, qui sibi seruitutem adscrit: non ad eum, cuius res seruit. Sed eualuit SERVII sententia in proposita specie etc.* Mirifice igitur ille iurium interpres a vero aberraret, qui GALLI sententiam, cuius in hac Lege mentio fit, vim Legis obtinere crederet; cum non solum SERVII opinioni, quae recepta fuit, sed etiam alias rationibus, ex analogia iuris pendens, maxime aduersaretur.

a) L. 1. §. 1. ff. de gland. Leg.

b) L. 6. §. 2. ff. si feru. vind.

§. XLVII.

Peruenimus ad eas tandem regulas, quibus integras propositiones explicare, et in eorundem veritatem inquirere debemus. Quoniam autem quelibet propositione, secundum Logicorum principia, duabus constat ideis, quae subiecti et praedicati nomine veneunt, et quarum una de altera vel affirmatur, vel negatur; propositiones Legum non minus hisce duabus constabunt partibus, ita ut quedam iis insit idea, de qua legislator aliam affirmat vel negat. Quis vero est, qui non videat, sedulo in omnibus legum propositionibus eo respiciendum esse,

*Ratione pro-
positionum Re-
gula una et
zda.*

an praedicatum conueniat subiecto, nec ne; quod ex sequenti patebit exemplo. LABEO ait:^{a)} *hanc seruitatem, scilicet oneris ferendi non hominem debere, sed rem.* Continet vero haec lex duas diuersas propositiones, quarum prior est *negatua*, altera vero *affirmativa*, et inde vna eademque idea, primum ab alia remouetur, deinde iterum aliae tribuitur. Sed quomodo harum propositionum veritas demonstrari ac diuidicari possit, nisi consideremus, an idea illa communis, cum ratione sufficiente, de altero subiectorum affirmati, de altero negari queat? Iure meritoque autem LABEONEM hocce praedicatum, de priori subiecto, *homine*, uegasse, perspicias; si perpendas, quod *hominis* idea, hoc loco secundum principia iuris, nihil aliud, quam notionem, *domini fundi seruientis*, subse comprehendat: idea praedicati, seruitutem oneris ferendi, in se contineat; quae est *seruitus realis*, *qua paries alicuius, vel columna onus vicini aedificii sustinere tenetur.*^{b)} Ex quibus consideratis diuersarum harum idearum notionibus fluit, hanc seruitutem hominem non posse debere, tum propter ipsam huius rei naturam, tum quia seruitus illa realis, duo vicina requirit *praedia*,^{c)} quorum alterum in alterius utilitatem onus aedificii vicini sustinere retinetur, quod in homine vix cogitari potest; quapropter euidens est hocce praedicatum nullo modo conuenire illi subiecto, sed LABEONEM illud rectius de alero affirmasse. Porro cum non nunquam sibi elegantia, vel instituti ratio, vel alia causa faciat, ut idea praedicati, aut subiecti sub iis, quae in contextu antecedunt vel consequuntur, comprehendatur; illa quoque *antecedentia et consequentia probe erunt consideranda*. Idque non minus illa Lex, qua LABEONIS sententia ante laudata exhibetur, commonstrat, dum statim initio dicitur: *Labeo hanc seruitutem etc.* Nemo arbitror solis ex his verbis perspicere, quam seruitutem intelligar noster ICtus, nisi antecedentia huius Legis verba consideret, ex quibus demum cognoscitur, hanc seruitutem, eam significare, quae oneris ferendi appellatur. Nec desunt alia exempla, quibus regulae nostrae utilitas probari potest, quorum unum alterumque adhuc afferre luet, vbi omnis deesse videtur sensus, nisi adhibita nostra regula, intellectu reddantur faciliora. Ita nempe VLPIANVS dicit,^{d)} *Iulianus scribit non deductis legatis; item in Leges subsequenti*^{e)} PAVLVS, nec pretiis manunisforum; et tandem in eiusdem seriei alia POMPONIVS,^{f)} nec aere alieno deducto. Verum enim vero cum ne quidem ex omnibus simul sumitis, vnicar tantum proposicio logica deduci possit, recurrendum est ad praeceptum nostrum, ut illius ope detegamus, quid haec leges, velint statuantque. Dicitur vero in antecedente-

den-

dentibus legibus, ^{a)} quod CELSVS scribat: *quorius mulier decebat ex dote, quae penes virum remanet et caeteris mulieris bonis pro portione funeranda est; quod in lege, quae immediate sequitur, ^{b)} a PAVLO his verbis explicatur: veluti si centum sit in dote, in hereditate ducenta: duas partes heres, unam vir conferet.* Ait cum hac lege nondum satis haec res determinata videretur, quia incertum adhuc erat, qua ratione hereditatis computatio infiniti debeat, legibus supra citatis, hoc magis determinatur; scilicet non deductis legaris, nec pretiis manumissorum, nec aere alieno deducto.

- a) L. 6. §.2. ff. si feru. vindic.
- b) LAVTERB. Colleg. Pand. L. 3. T. 2. n. 2.
- c) §. 3. I. de feru. praed.
- d) L. 24. ff. de rel. et sumpt. fun.
- e) L. 25. ff. eod.
- f) L. 26. ff. eod.
- g) L. 22. ff. eod.
- h) L. 23. ff. eod.

§. XLVIII.

Variae causae cum facere queant, ut quemadmodum scriptum Regula ^{3ta.}
quodlibet, ita Lex etiam, alio loco, veluti propter nimiam breuitatem,
obscura videatur, alio loco autem res, quae obscuritatem prebebat,
clare ac perspicue sit exposita; requiritur si illam tollere velimus, ut
leges clariores cum obscurioribus conferamus et has ex illis explicemus.
Nonnunquam enim Lex quaedam aliquid disponere videtur, quod contra omnem aequitatem dictum purari posse, nisi iamiam alia Lege clariori et parallela, id est, de simili arguento agente, legislatoris voluntas vberius declarata esset. Ita PAVLI sententiam explicandam
essi censet, qua dicir; ^{a)} *Paæta, quae turpem causam continent non sunt obscuranda: veluti si pacifcar, ne furti agam, vel iniuriarum se feceris; expedit enim timere furti vel iniuriarum poenam: sed post admissa habe, pacisci possimus.* Postrema huius Pauliani dicti verba insignem continent obscuritatem, quibus affirmari videtur: *post admissa delicta pacisci posse.* Quid autem quaelo, haec proposicio inuoluta, quam quod per paætam, admisso eiusmodi delicto, poena huius facti illiciti valide remitti possit? nam in antecedentibus dicitur: *expedit furti vel iniuriarum poenam timere.* Videamus porro, quacnam inde consecuto deduci possit? ea procul dubio, quod hac lege lata cerrum sit, interueniente paæto delicta impune committi posse. Cum vero, me tacente, vinciuque notum sit, reipublicae salutem exigere,

ne

ne delicta maneant impunita; haec Lex ex ali^a Lege erit explicanda, ne aequirati ac principiis iurisprudentiae refragetur, quod considerata poenarum diversitate ita fieri; puniuntur scilicet delicta non uno modo, sed tum quatenus laedunt priuatos, tum quatenus damnum salutis status publicae inferunt; unde laedentes, vel poena quadam publica, vel priuata affici possunt. Totum itaque nostrum negotium in eo versatur, ut dispiciamus, de quamnam poenarum specie, post admissa delicta partes pacisci posse, laudatus ICrus hic affirmauerit? Sed cum per pactum ipsum factum infectum fieri nequeat, quia neque *pacta* neque *stipulationes factum tollunt*,^b) nec priuatorum conventiones iuri publico derogare possint;^c) rati^d pactione poena publica nullo potest auerti modo; quod etiam **VLPIANVS** expressis docet verbis:^e) item, inquit, si qui furti, vi bonorum raptorum, iniuriarum, de dolo malo, suo nomine dannatus, pactus erit, simili modo INFAMES sunt; quae infamia olim publica horum criminum poena era. Ex quibus omnibus apparet *Paulianum* illud effatum, tantum intelligendum et interpretandum esse, de poena illa, quae spectat ad vindictam priuatam, quam post admissa delicta partes sibi remittere, ac de ea pacisci posse, **PAVLVS** non immerito affirmavit, quia cuiilibet fauori pro se introducto renunciare,^f) relictum est.

a) L. 27. §. 4. ff. de Paet.

b) L. 31. ff. de R. I.

c) L. 45. §. 1. ff. eod.

d) L. 4. §. fin. ff. de his qui not. inf.

e) L. vlt. C. de paet.

§. XLIX.

Regula 4ta.

Iam ad eam accedimus regulam, quam in interpretando quodam scripto viramque facere paginam, supra docuimus, qua *ad finem et intentionem scribentis respiciendum est*; quod etiam in Legibus interpretandis summo studio obseruari debet. Quia in re quidem ante omnia notandum est, id quod in alio scripto, *finis scribentis* dicitur, in Legibus et a ICus *rationem Legis* appellari. Haec ratio legis tam studiose inquirenda et perpendenda est,^{a)} vt ea neglecta, nulla Legum interpretatio felici cum successu, procedere possit, quia omnis Legum vis et potestas in ea posita est. Hinc est, quod ratio legis, non immerito a nonnullis *anima legis* vocetur. Huius vero regulae veritatem pariter atque utilitatem luce meridiana clariorem esse credimus, vt hic exemplo eandem illustrare operae pretium haud esse videatur. Mentretem potius ad illam interpretationis divisionem, quae ex hoc fundamento

mento fluit, scilicet in *extensiua* et *restrictiua*, conuertimus, ut quid de eadem sentiendum sit adhuc dispiciamus.

a) STRVV. Synt. Iurispr. Ex. 2. Th. 44. seq.

§. L.

Fieri namque potest, ut auctor adhibeat verba sua intentione vel *De interpretatione angustiora, vel latiora, ita ut ex intentione et fine eius appareat, cum ratione extensa plus scripsisse, quam voluisse, vel vice versa; et pro his circumstantiis sua et restrictiua.* eum vel *extensiue*, vel *restrictiue* esse interpretandum. Sed in legibus idem plane occurrit, cum et eorum verba, non nunquam ratione angustiora vel latiora sint. Animo ne quidem cogitari potest, quod omnes causas, ad quos ratio legis applicari potest, verbis legum exprimi, vel omnes, ad quos pro diversitate circumstantiarum lex non pertinet, excipi queant. Quae cum ita sint, legum interpretationem vel *extensiue*, vel *restrictiue* suscipiendam esse, quis est, qui non intelligat. Quapropter inter alia, eo semper respiciendum, quando lex quaedam per interpretationem ad casum aliquem applicari debet, an ratio huius legis in casu proposito, qui tamen verbis expressus non est, locum habeat. Quodsi ratio legis quadrat, in aprico est, legislatorem in casu non expresso idem voluisse, quod in expresso statuit. Neque alio modo in interpretatione *restrictiua* procedendum, sed ex legis ratione pariter colligendum est, legem sub se casum propositum non continere. Quanquam enim legis verba ita comparata videntur, ac si plus dictum sit; tamen ob angustiorem rationem, quatenus ea cessar, ad casum, qui non est expressus, ei lex non pertinet, sed ad expressum tantum est restricta. Vnde legum interpretationem *extensiua* ea est; *qua ostenditur legis rationem ita compararam esse, ut casum verbis non expressum sub se contineat; et et contrario *restrictiua*, qua ostenditur casum sub lege non comprehendi, quamvis eius verba ad eum pertinere videantur.* Ex quibus sequitur, hocce negotio legem a ICtis nec extendi, nec restringi, quia lex ipsa per se suamque rationem iamiam vel extensa, vel restricta est, nihilque aliud effici, quam ex genuinis principiis et iusto ratiocinandi modo ostendi, casum suppositum, sub legis ratione contineri, vel non contineri; quia interpretando, sensum legis, ei non inferre, sed eruere tantum debemus. Qui ergo legem extensiue vel restrictiue interpretatur, nihil noui facit, sed hunc sensum, vel hanc mentem ei iamiam inesse docet.

§. L.I.

Regula 5ta;

Vtimum tandem in applicandis illis regulis, quas ex philosophia supra protulimus, manum imponimus, nostram regulam, *sensum* nimirum analogiae, illius scientiae, ad quam scriptam pertinet, conuenientem semper eligendum esse, etiam in Legum interpretatione obtinere existimantes. Antequam vero ipsam hanc rem aggrediamur, non abs re esse indicamus, paucis contemplari, quid sit *iuris analogia*, quae nunc secundum generalem ante traditam analogiae definitionem, in specie definienda erit. Est itaque analogia juris, conuenientia veritatum iuridicarum de simili arguento agentium, tum inter se, tum etiam cum suis principiis. Qua definitione posita ex rei indole, nostrae regulae utilitas veritasque ipsa se commendat, quia nisi sensum ex lege quadam, analogiae juris conuenientem eruamus, omnis iuris prudentiae veritas ac certitudo maximam patreretur iacturam. Ipsa insuper legum verba nostram regulam satis probant, eamque obleruandam iniungunt; air enim *VLILANVS*: ^{a)} in his quea contra rationem iuris constituta sunt, non possumus sequi regulam iuris. Ast quomodo haec lex nostram sententiam probabit? Probabit optime, si perpendas, quod nonnunquam a principe aliquid, vel ex capite gratiae, vel iustitiae, contra generalem iuris rationem statuatur; quae iura vocantur *singularia*, in quibus sequi regulam iuris non possumus. Hinc vi contraria ex eadem lege apparer, quod regula iuris maxime in iis, quae non contra iuris rationem sunt constituta, sit sequenda, quia, quod vulgo notum est ac nominem fugit, exceptio in casibus non exceptis regulam magis confirmat.

a) L. 15. ff. de LL.

§. L.II.

Obiectio quae-
dam remone-
tur.

Nil amplius restat, quam ut regulae praecedentis utilitatem exemplo quodam clariorem reddamus. ICtus *PAVLVS* ait: ^{a)} *commodare possumus etiam alienam rem, quam possidemus, tametsi scientes alienam possidemus; et MARCELLVS: ^{b)} ita ut si fur vel praeda commodauevit babeat commodati actionem.* Posteriorem in primis legem *MARCELLI* sententiam hic interpretandam pro scopo habemus, qua ex antecedente *PAVLIANO* effato affirmatur, furi et praedoni competere actionem commodati de re aliena, id est, furto erepta. Duo autem tantum dari possunt casus, ad quos haec lex applicari potest. Vel enim constat rem commodatam furto fuisse surreptam, vel non; vnde queritur, an haec lex de vroque casu disponat? quod mihi

mihi quidem plane non videretur, cum eam tantum ad eum casum spe-
ctare mihi persuadeam, quo nondum satis constat, rem commodatam
furto ablatam fuisse; ideo quoniam altero casu, si eiusmodi commodantii
haecce actio tribueretur, res, quae analogiae iuris plane repugnat,
statueretur. Deficerer enim sine dubio conuenientius illa huius legis
cum reliquis principiis, vrpote quibus suum cuique tribuendum esse;^{c)}
neminem cum danno alterius locupletiorem fieri debere;^{d)} tandemque
neminem ex suo delito conditionem suam meliorem reddere posse,^{e)}
confectum est. Haec omnia posthabentur, si illo altero casu furi,
vel praedoni haec actio daretur. Sic etiam in legibus interpretandis
analogiae iuris ratio habenda est, nisi interpres a vero aberrare velit.

a) L. 15. ff. Com. vel. contr.

b) L. 16. ff. eod.

c) §. 3. I. de I. et I. aliquando con. contra con. regi et ceteris

d) L. 206. ff. de R. I. cum iure colini et regi urbium annis

e) L. 134. §. 1. ff. eod.

§. LIII.

Dubitum superest, quod non sine omni fundamento, ex eo mo- Obiectio qua-
neri nobisque obici potest, quod non nullae leges expressae existent, ^{dam remoue-}
peculiarum in quibusdam casibus interpretandi normam prescribentes, tur.
ex philosophiae rationalis principiis non petendam. Dicit PAVLVS^{a)}
semper in obscuris quod minimum est sequimur; et porro:^{b)} in testa-
mentis plenias voluntates testantium interpretamur; nec non CEL-
SVS:^{c)} benignius leges interpretandas sunt, quo voluntas earum con-
seruetur. Quod vero ad has alias leges, quibus peculiaria interpre-
tationis iuridicas principia traduntur, attinet; vincium hoc monen-
dum arbitramur, has leges non tam esse regulas hermeneutices, quam
principia iurisprudentiae, quae ut quilibet interpretum probe sciat,
necessit est. Monuimus etiam supra, cum interpretis requista^{d)} tra-
deremus, neminem leges feliciter explicaturum esse, nisi qui iuris prin-
cipia calleat. Haec in praefenti non tam iterata vice proponenda,
quam reperienda sunt; quo facto dubium illud contra nos enatum,
facillimo negotio remoueri tollique potest.

a) L. 9. ff. de R. I.

b) L. 12. ff. eod.

c) L. 18. ff. de LL.

d) §. 38. h. diss.

F. 2

§. LIV.

*Antiquitates
caute sunt
adhibendae.*

Multi adhaec in ea versantur opinione, ut in arte hermeneutica antiquitatibus iuris omnia tribuenda esse censeant, rati quod quis earum ope tantum in interpretandis legibus, imprimis Iustinianis, feliciter progredi, omniaque legum capita ex isdem enucleare et intelligere queat. Nos vero quia eorum sententiae penitus subscriptibamus, variis iisque grauissimis argumentis commouemur. Etenim antiquitates nihil, quod legis vim habeat, pobant, sed solummodo illustrant. Obiici quidem hic nobis a contra sentientibus posse praeuidemus, leges Iustinianas corpori iuris inferas, maximam partem esse leges Romanas, indeque ex antiquitatibus Romanis explicandas. Ait quamvis haec obiectio primo quidem intuitu magnam veritatis speciem pra se ferre videatur; ea tamen statim corruit atque destruitur, si negamus has leges, nec omnes, nec amplius esse Romanas. Concedimus quidem leges has ciuiles ortum suum Romanis debere; sed quod iis, qua legibus, apud nos praecepit ubi receptae sunt, nomen Legum Romanarum tribui queat, firmiter negamus; quia per receptionem in Imperio nostro Romano-Germanico, quasi domesticae et nostrae factae sunt. Nos autem vbi artem hermeneuticam legalem pertractamus, leges, qua tales, non vero eas, quae olim in legum numero fuerunt, supponimus. Quam parum itaque dubium, illud, a qualitate Legum Romanarum et corpori iuris insertarum dubium, nobis nocet? Nonne vides nos omni iure affirmasse, antiquitates nihil probare, licet illustrationis gratia non sint negligendae aut vituperandae. Deinceps multum pro nostra sententia facit, quod ipse Imperator IVSTINIANVS, in primis cum apud nos, illae leges romanae tantum valeant atque recepta fiat, quas idem ipse Imperator exigenti illarum multitudo collegit suasque fecit, intuitu harum suarum legum preecepit,³⁾ antiquitatum rationem amplius non habendam esse; prono atque inde sequitur, ut nec a nobis, quibus et hanc dispositionem obseruare incumbit, hac parte sit contraueniendum. His omnibus aliud adhuc addimus argumentum, nostram assertiōnē penitus quidem non probans; attamen mirum in modum confirmans, quod nobis ipsa gens Romanea suppeditat exemplo, cuius tamen summam in eiusmodi rebus prudentiam hodie adhuc admirarum, ita ut illius vestigia sequi maximaee respublicae salutis et felicitatis partibus adscriperint. Notum enim omnibus est, Romanos expulsi regibus per 60. fere annos, nisi plane legibus carerent, attamen incertas, modo paucas habuisse, ac eandem ob causam

ut pariae consularent, legatos in Graeciam misisse sibique Graecorum leges expetuisse. Quibus imperatis inde notissimae X. Tabularum Leges ortae sunt, quas tanquam domesticas receperunt, locoque publico affixerunt. Nullibi autem legitimus, togatam illam gentem antiquitates Graeciae anxie perscrutatam fuisse, easque in explicacione et applicatione earum nouarum Legum adhibuisse. Partim portius Romanorum interfuit scire, qua ex causa et quomodo hae Leges a Graecis fuerint conditae; ac instituto collegio decemuirali tantum id voluisse conspicuntur, ut Leges obscurae, clarae redderentur et explicarentur, nimisque concisas ad reipublicae Romanae statum publicum quoconque modo accommodarentur. Cum vero Germania nostra, hac in re cum Romanis in eadem sit causa; nihil iustius acquisuisse esse potest, quam eorum exemplum etiam hac in re sequi, et Leges apud nos receptas, habita nostrac potissimum reipublicae dispositionis ratione, ad statum nostrum applicare, cum omnino nemo sit negaturus, nos illas demum Leges Iustinianae recepisse, quae statui nostro conueniunt. Colligimus inde omnia ea iuriis capita, que antiquata deprehenduntur et ad nostrum statum pertinere non possunt, quia antiquam illius reipublicae faciem tantum pro fundamento agnoscent, adeo magna solertia perscrutari vix operae pretium esse, quoniam ille antiquus Romanorum status, vna cum suis Legibus esse desit.

a) L. 1. §. 6. in fin. et §. 7. C. de V. I. E. et L. 2. §. fin. C. de repud.

§. LV.

Vnium illud tandem perquirendum est, quid *de certitudine et De certitudine et probabilitate hermeneutica* in iure sentendum sit? Qua in re cum limites instituti nostri iamiam egressi sumus, tribus vii loquuntur, verbis mentem nostram exponimus, affirmantes, omnia ea, quae de certitudine hermeneutica in priori nostra sectione diximus, commode ad hanc partem trahi et applicari posse: omnem vero probabilitatem in hac interpretationis specie, nimurum *doctrinali*, plane reprobandam esse; quia maximum inde in rempublicam redundaret damnum, si talis in interpretandis et applicandis legibus concederetur incertitudo, qua falsus ciuiumque bona, quin imo ipsa vita maximo periculo, ne dicam interitui, exponeretur. Quando itaque mediis, quae philosophia suppeditat, adhibitis, ex lege quadam sensus certus ac indubitus erui nequit, tota *interpretatio doctrinalis* procul dubio cessabit, locusque

authenticae relinquendus erit, qua omnis legum incertitudo atque ob-

securitas principis voluntate tollenda, ut iudicium omnium legum mar-

tinum in omnibus rebus possit esse certum. **LVI.** idem. **Q**uidam caldigi-

Omnis philosophia rationis optima Legum positiuarum humanarum interprete, pro instituti ratione virumque fa-

cultate proferendi purauimus. **M**ulta quidem, quae circa hanc ma-

teriam arduam summeque necessariam moneri possent, adhuc deesse,

non inficias imus; sed ea hic silentio praeterire propositi nostri fines iubent. **H**inc vela contrahimus, et finem, nostras meditationes

benigno. **B. L.** iudicio relinquentes, nostrae dissertationi imponi-


mus; bona spe freti, fore vt, si quae sint, vt erunt, quae non satis

accurate dicta videantur, ea omnia imbecillitati nostrae adscribantur,

primumque illud conanimum nostrorum specimen vel ob materiae gra-

tuitatem non plane reprobetur.

Conclusio.



EXLIBRIS

Leipzig, Diss., 1753

X 2373094

